An. et vol. XXXXVI 15-18 Novembris 1954 (Ser. II, v. XXI) - N. 14-15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Spedizione in abbonamento postale - Gruppo III

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Litterae Encyclicae: De Regali B. Mariae V. dignitate eiusque festo instituendo, p. 625 – Constitutiones Apostolicae, pp. 561, 641 – Litterae Apostolicae, pp. 575, 650 – Epistulae, p. 652 – Allocutiones, pp. 577, 658 – Nuntii radiophonici, p. 677.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Decreta, p. 606; Provisio Ecclesiarum, p. 687 – *S. C. Rituum*: Decreta introductionis causae pro beatificatione Servorum Dei, p. 608.

Acta Officiorum: *Secretaria Status*: Rescriptum Pontificium, p. 614.

Diarium Romanae Curiae: Udienze Solenni – Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze, pp. 616-624.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · LIV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 1300 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 5

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 100 — extra Italiam, Lib. 190 vel $ 0,30

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXVI, n. 14 - 15 Novembris 1954)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. CIVITATIS BOLIVARENSIS (Barcinonensis in Venezuela). *Summa Dei.* - Ex dioecesi Civitatis Bolivarensis quaedam territorii pars distrahitur qua nova efficitur dioecesis, « Barcinonensis in Venezuela » appellanda. - 7 Iunii 1954 . . . . . PAG. 561

II. BARQUISIMETENSIS - CALABOCENSIS (Guanarensis). *Ex quo tempore.* - Territoriis dioecesium Barquisimetensis et Calabocensis dismembratis, nova erigitur dioecesis, « Guanarensis » nuncupanda. - 7 Iunii 1954 . . . 564

III. DE « MISSIONE GALLIAE ». *Omnium ecclesiarum.* - E Senonensi archidioecesi territorium paroeciae de « Pontigny » distrahitur idemque in Praelaturam *nullius*, cui nomen Missio Galliae seu Pontiniacensis, erigitur et constituitur. - 15 Augusti 1954 . 567

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Quae mortalibus.* - Beata Maria V. « a Praesentatione » urbis et archidioecesis Natalensis praecipua Patrona confirmatur. - 17 Novembris 1953 575

II. *Egregium religionis.* - Ad dignitatem et honorem Basilicae Minoris evehitur cathedralis ecclesia Nolana. - 6 Martii 1954 576

ALLOCUTIONES

I. Iis qui interfuerunt Conventui quartodecimo Internationali de historia medicinae artis, Romae habito. - 17 Septembris 1954 577

II. Iis qui interfuerunt Conventui decimo totius Unionis Geodaeticae ac Geophysicae internationalis, Romae habito. - 24 Septembris 1954 . . . 580

III. Iis qui interfuerunt Conventui internationali ex " « Associations techniques de Fonderie », Florentiae habito. - 29 Septembris 1954 . . . 584

IV. Iis qui interfuerunt Conventui VIII Sodalitatis Medicorum universalis, Romae habito - 30 Septembris 1954 . 587

V. Iis qui interfuerunt Conventui vicesimotertio Consilii, cui nomen « Commission Internationale de la Police Criminelle », Romae habito - 15 Octobris 1954 . . . . . PAG. 598

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Mobiliensis* (Mobiliensis-Birminghamiensis). - Decretum de concathedralis erectione et nominis mutatione. - 30 Aprilis 1954 606

II. *Caracensis - Calabocensis.* - Decretum de mutatione finium dioecesium. - 14 Iunii 1954 607

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Nepesina.* - Decretum inrtoductionis causae pro beatificatione Servae Dei Caeciliae Eusepi, Virgini, Tertii Ordinis Servorum Mariae. - 23 Ianuarii 1954 608

II. *Antiochena Maronitarum.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Sarbeli Makhlouf, Sacerdotis professi, Ordinis Antoniani Baladitarum Syro-Maronitarum. - 2 Aprilis 1954 611

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

Rescriptum Pontificium de causis nullitatis matrimonii, quae a Tribunalibus ecclesiasticis regionalibus Italiae in primo gradu tractatae fuerunt ac de institutione Tribunalis appellationis in Vicariatu Urbis. - 16 Octobris 1954 614

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienze solenni 616

II. Segreteria di Stato: *Nomine e Onorificenze* 616

(An. XXXXVI; n. 15 - 18 Novembris 1954)

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

PAG.

Ad Caeli Reginam. - Ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de Regali Beatae Mariae Virginis dignitate eiusque festo instituendo. - 11 Octobris 1954 . . . . . PAG. 625

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. MANIZALENSIS. *Ob arduum.* - In Columbiana Republica nova erigitur ecclesiastica provincia, quae, a Manizalensi episcopali sede, ad metropolitanae ecclesiae gradum et dignitatem evehenda, Manizalensis nuncupabitur. - 10 Maii 1954 . . . 641

(Sequitur pag. III)

An. et vol. XXXXVI 15 Novembris 1954 (Ser. II, v. XXI) – N. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CIVITATIS BOLIVARENSIS (BARCINONENSIS IN VENEZUELA)

EX DIOECESI CIVITATIS BOLIVARENSIS QUAEDAM TERRITORII PARS DISTRAHITUR QUA NOVA EFFICITUR DIOECESIS, « BARCINONENSIS IN VENEZUELA » APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summa Dei voluntate universae Ecclesiae regimini praepositi, apprime studemus ut catholica res per terrarum orbem maiora in dies incrementa suscipiat. Ad quod assequendum non parum proficit novarum erectio dioecesium, cum id ob temporum rerumque adiuncta christifidelium utilitati conferre censeatur. Quod nunc faciendum existimamus quod ad Civitatis Bolivarensis Sedem attinet, quae tantos fecit progressus, ut nova sit ex ea dioecesis constituenda. Cum igitur venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi atque in Venetiolana Republica Apostolicus Nuntius, una cum civili auctoritate hoc ab Apostolica Sede postulavisset, Nos, audito venerabili Fratre Ioanne Iosepho Bernal Ortiz, Episcopo Civitatis Bolivarensis, cuius res interest; eorum quoque consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris sese habere arbitrentur, re attento animo considerata, qua potestate universae christianae familiae praesidemus, haec

quae sequuntur statuimus ac decernimus. A dioecesi Civitatis Bolivarensis territorium separamus quod eo statu continetur, qui vulgo « Anzoategui » appellatur; et novam ex eo constituimus dioecesim *Barcinonensem in Venezuela* nuncupandam. Nova itaque erecta dioecesis ad septemtrionem attinget mare Caraibicum; ad orientem, Status quibus nomen vulgo « Sucre » et « Monagas »; ad meridiem, flumen « Orinoco »; ad occidentem vero, Status « Guárico » et « Miranda » nuncupatos. Huius autem novae dioecesis Sedem Barcinone, in urbe regionis principe, collocari iubemus; cathedra vero episcopalis in templo S. Eulaliae, Martyris, exstabit, in eadem urbe Barcinone, quod ad cathedralis templi honorem evehimus ac dignitatem. Barcinonensibus Praesulibus novae huius dioecesis regimen et administrationem tribuimus una cum omnibus iuribus, privilegiis, oneribus et obligationibus, quae sunt ceterorum omnium Episcoporum propria. Modo conditam Sedem Barcinonensem in Venezuela suffraganeam esse volumus metropolitanae Caracensi Ecclesiae, cuius Metropolitis Archiepiscopis recto iure Barcinonenses pro tempore Praesules subicientur. Mensam episcopalem, quam vocant, ea bona constituent quae pro rata parte, divisis bonis quae dioecesi Civitatis Bolivarensis pertinebant, obvenient, iuxta normam Can. 1500 Codicis Iuris Canonici; vel quae a fidelibus christianis offerentur; vel denique Curiae emolumenta. Quod vero attinet ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem atque ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, servanda praecipimus quae Iure Canonico iubentur. Quod autem ad clerum nominatim spectat decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur ascripti, in cuius finibus iure optimo degunt. Iuxta ea quae Codice Iuris Canonici praecipiuntur, Canonicorum Collegium quamprimum condi iubemus, ad normas aliis sub plumbo Litteris edendas. Quod si in praesens fieri nequeat, indulgemus ut eorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopum consiliis et opera iuvent, in maioribus negotiis expediendis. Praecipimus quoque ut, cum primum fas erit, pueris ad sacerdotalia munia vocatis excolendis seminarium saltem elementarium constituatur, ad iuris communis normam et iuxta leges a S. Consilio de Seminariis studiorumque Universitatibus traditas; ex eo vero, cum fieri poterit, electi iuvenes Romam mittantur ut ibi, in Pontificio Collegio Piano Americano Latino, ad pietatem et doctrinam erudiantur. Volumus denique ut a Curia Civitatis Bolivarensis ad tabularium Curiae Barcinonensis in Venezuela quam cito acta et documenta mittantur, quae hanc Ecclesiam spectant. Ut autem ea omnia quae Nostris hisce Litteris iubemus efficiantur, vene-

rabilem, quem diximus, Fratrem Armandum Lombardi deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Venetiolana Republica Nuntiaturae praeerit; cui propterea omnes necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas viro, qui tamen aliquam in sacro sacerdotio obtinuerit dignitatem. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino fides habenda erit quae hisce haberetur si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die septimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

Pro S. R. E. Card. S. Congr. Consistorialis a Secretis
✠ IOSEPHUS Card. PIZZARDO

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., Vol. LXXXVIII, n. 92.

II

BARQUISIMETENSIS - CALABOCENSIS. (GUANARENSIS)

TERRITORIIS DIOECESIUM BARQUISIMETENSIS ET CALABOCENSIS DISMEMBRATIS, NOVA ERIGITUR DIOECESIS « GUANARENSIS » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo tempore Deus ineffabili suae bonitatis consilio voluit Nos gregem suum regere et custodire, ex eo die maiorem sollicitudinem nullam habuimus, quam ut omnes fideles, sanguine Christi decori, possint aptius fidem suam cotidie et profiteri et fovere. Quandoquidem igitur venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi idemque in Venetiolana Republica Apostolicus Nuntius, et civilis auctoritas enixe postulaverunt ab hac Apostolica Sede ut, territoriis dioecesium Barquisimetensis et Calabocensis partitis, nova dioecesis constitueretur, Nos, pro certo habentes id maiorem prosperitatem rerum religiosarum eo terrarum esse allaturum, libentissimo animo exhibitis precibus concedendum putamus. Qua de re, auditis venerabilibus Fratribus Antonio Ignatio Camargo, Episcopo Calabocensi, et Chrispolo Benítez Fontúrvel, Episcopo Barquisimetensi, quorum fuit sententia secunda; re quam optime potest considerata; consensumque eorum supplentes qui habeant vel se arbitrentur aliquid iuris in hoc negotio habere, ea potestatis plenitudine quam a Christo accepimus, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. A dioecesi Barquisimetensi territorium distrahimus quod ad eum Statum pertinet, qui eorum lingua « Portuguesa » dicitur; item a dioecesi Calabocensi id territorii separamus quod civili districtu « Guanarito » comprehenditur: quae territoria in novam dioecesim constituimus, *Guanarensem* nomine appellandam. Guanarensis igitur dioecesis ad omne territorium regionis « Portuguesa » patebit, hisque finibus claudetur: ad septemtrionem Barquisimetensi dioecesi; ad orientem solem dioecesibus Valentina in Venezuela et Calabocensi; ad meridiem item dioecesis Calabocensis et archidioecesis Emeritensis in Venezuela limitibus, quam denique attinget ad occidentalem quoque partem. Episcopus cui obtinget nova dioecesis Guanarensis regenda et gubernanda sedem episcopalem in « Guanare »

urbe statuet, cathedram vero suae potestatis in aede Spiritui Sancto sacra, quae in eadem urbe exstat quaeque est minoris Basilicae titulo condecorata. Hoc igitur templum, magna fidelium multitudine celebre, qui insigni pietate Deiparam Virginem a «Coromoto», universae Reipublicae Patronam, venerantur, ad cathedralis gradum et honorem perducimus, datis scilicet sive Sedi sive Praesulibus honoribus et privilegiis at oneribus etiam impositis quae ex hac dignitate proficiscuntur. Volumus praeterea ut Ecclesia, quam modo condidimus, sit metropolitanae archidioecesi Caracensi suffraganea; erit itidem eius Episcopus Archiepiscopo Caracensi subiectus et obnoxius. Mensam episcopalem, quae dicitur, ea bona constituent quae sive pro rata parte ex divisione bonorum dioecesibus Barquisimetensi et Calabocensi hucusque pertinentium obvenient, iuxta normam Can. 1500 Codicis Iuris Canonici; sive quae a christifidelibus offerentur; sive Curiae emolumenta. Quod vero attinet tum ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, tum ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, eadem servari praecipimus quae Iure Canonico iubentur. Quod vero ad clerum nominatim spectat decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur ascripti, in cuius finibus iure optimo degunt. Cathedrali Guanarensi Ecclesia constituta, Canonicorum Collegium quamprimum condi iubemus, iuxta normas, per alias sub plumbo Litteras edendas. Donec vero Canonicorum deest senatus, indulgemus ut eorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopum consiliis et opera adiuvent. Decernimus praeterea ut, cum primum fas erit, pueris ad sacerdotalia munia vocatis studiosissime excolendis seminarium saltem elementarium constituatur, ad communis iuris normam et iuxta leges a S. Consilio de Seminariis studiorumque Universitatibus traditas; ex quo, cum fieri poterit, electi iuvenes Romam mittantur ut in Pontificio Collegio Piano Americano Latino philosophicis et theologicis disciplinis instituantur. Volumus denique ut omnia documenta et acta, quae ad nuper erectam Guanarensem Ecclesiam spectant, a Curiis Barquisimetensi et Calabocensi ad Curiam Guanarensem quam cito transmittantur, in cuius tabulario asserventur. Ut autem ea omnia quae Nostris hisce Litteris iubemus efficiantur, venerabilem Fratrem Armandum Lombardi deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Venetiolana Republica Nuntiaturae praeerit; cui propterea omnes necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas viro, qui tamen aliquam in sacro sacerdotio obtinuerit dignitatem. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in ta-

bulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino fides habenda erit quae hisce haberetur si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die septimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

Pro S. R. E. Card. S. Congr. Consistorialis a Secretis
✠ IOSEPHUS Card. PIZZARDO

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., Vol. LXXXVIII, n. 93.

III

DE « MISSIONE GALLIAE »

E SENONENSI ARCHIDIOECESI TERRITORIUM PAROECIAE DE « PONTIGNY » DISTRAHITUR IDEMQUE IN PRAELATURAM « NULLIUS », CUI NOMEN MISSIO GALLIAE SEU PONTINIACENSIS, ERIGITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium ecclesiarum sollicitudo, qua pro Apostolico munere Nostro urgemur, id a Nobis exposcit ut, quae catholicae religioni propagandae et animorum saluti promovendae conferant, quam maxime provehamus.

Instantibus, igitur, ministerii Nostri curis longinquas etiam prosequimur regiones quas, evangelici luminis adhuc expertes, sacris praeconibus excolendas committimus, nec minori profecto studio universas quoque complectimur nationes, quas apud viget christianum nomen, impensa opera enitentes ut illic catholicae fidei professio integra et indemnis servetur.

Has inter nationes recolere in praesentiarum iuvat praenobilem Nobisque carissimam Galliam, primogenitam Ecclesiae filiam, cuius singularia in catholicae fidei profectu comparata sibi per saecula merita effuso sermone iam pridem celebravimus, praesertim cum, nondum Supremi Pontificatus officium adepti, sollemnibus ibidem apostolicis legationibus perfuncti sumus.

Quae quidem pergratum est nunc iterum commemorare, marialis dum volvitur annus, cum singulare Immaculati Conceptus Beatissimae Virginis Mariae privilegium centenaria celebratione recolentes, mentem animumque Nostrum ad Lapurdum convertimus ubi, quarto labente anno a definito dogmate, ipsamet Immaculata Virgo Supremi Magistri oraculum conspectibus, alloquiis et miraculis divinitus comprobavit.

Non exigua, tamen, afficimur animi anxietate cum peculiares quasdam rei religiosae condiciones in Gallia Nobiscum consideramus, quae anteactis quoque temporibus Decessorum Nostrorum animum vehementer commoverunt. Meminisse hac in re satis est immortalis memoriae Decessores Nostros Leonem XIII et Pium X, quem quidem summa Nostra laetitia universoque plaudente catholico orbe Sanctorum catalogo nuper adscripsimus.

Summi hi Pontifices pluribus documentis, iisque celeberrimis, sacrorum Galliae administros amplissime collaudarunt ob navam eorumdem sollertiam in bonum animorum tunc praesertim impensam, cum gravibus Ecclesia premeretur difficultatibus nefariisque afficeretur angustiis.

Ne vero constantia, ne virtus in tuendis Ecclesiae iuribus ullo modo deficerent, ne quis fidelium, praeterea, a recto declinaret, plena sapientiae et gravitatis consilia Sacris Galliae Pastoribus praefati Summi Pontifices tradiderunt, quae et in praesentibus rerum adiunctis maximi sunt momenti.

Placet hic Nobis commemorare paterna monita quae felicis recordationis Leo XIII Litteris die VIII mensis Septembris anno MDCCCIC datis, vernacula lingua conscriptis, ad Gallicos sacerdotes humani consortii utilitatibus consulentes, sapientissime dedit. [1] Neque silentio praeterire possumus exhortationes, quas sanctissimus Romanus Antistes Pius X, instaurare omnia in Christo percupiens, ad Galliae Archiepiscopos et Episcopos, in alterum Conventum dioecesanis missionibus provehendis congregatos, quasi praesagienti animo scribebat:

« ... ne desint vobis paternae caritatis Nostrae hortamenta, quibus, ut confidimus, studia vestra acrius excitentur in ea quae ad incrementum divinae gloriae atque animarum salutem patent coepta uberrima ... Haec igitur antiquissima sit vobis cura, apostolicorum virorum qui id obeant muneris ita augere copiam ut nulla sit in dioecesibus vestris paroecia quae eorumdem ministerium nimis diu desideret. Nescii equidem haud sumus minime deesse in Gallia viros qui, ad exemplum Apostolorum, orationi ac ministerio verbi instantes, in consummationem sanctorum toti sunt atque in aedificationem corporis Christi. Sed impar, probe nostis, eorum numerus paroeciis omnibus peragrandis, iisdemque evangelica instituendis disciplina. Quare hoc etiam pastorali navitati vestrae maxime commendatum volumus, ut scilicet unaquaeque dioecesis illud tam salutare tamque expetitum *opus dioecesanis Missionariis efformandis edendis* rite constitutum habeat, et omni, ut par est, instructum pietatis doctrinaeque adiumento. Propositum equidem difficultatibus non vacat, hinc a sacerdotum, inde a rerum inopia petitis. Sed haud vos praeterit opus de quo loquimur tantae esse utilitatis excolendis ad pietatem animis, ut prae ceteris piis operibus sit vobis fovendum... ». [2]

Quominus tamen Summi Pontificis monita, ut erat in votis, omnino ad rem adducerentur, prohibuerunt rerum difficultates, temporum ho-

[1] LEO Pp. XIII, Epistola Encyclica, ad Galliae Episcopos, de clericorum educatione, *Depuis le jour*, 8 Septembris 1899, *Leonis XIII Pontificis Maximi Acta*, XIX, 157, Romae, ex Typographia Vaticana 1899.

[2] *A. A. S.*, III (a. 1911), p. 268.

minumque nequitia, aucta clericorum penuria, aliaeque haud paucae gravesque causae.

Quapropter et in praesens moerentes conspicimus ac summopere dolemus haud paucos homines, inter eos praesertim qui in fabricis, in officinis et in agris ex cotidiana opera vivunt, materialistarum placitis deceptos, a christianae vitae institutis et moribus fere defecisse.

At incaute aberrantes hae oves ad unum Christi ovile cito adducantur oportet.

Tanta in re praecipuus versabitur labor sacrorum administrorum, qui ad huiusmodi quasi missionale ministerium parati sint et idonei; quique debita scientia ac virtute praestantes et convenienter imbuti rei socialis principiis a Nobis et a Decessoribus Nostris multimodis et aperte traditis, terrenis rebus omnino posthabitis, celso huic apostolatus muneri toto animo se dedant.

Nos equidem non effugit quanta, in re, egerint, quanta sustinuerint Venerabiles Fratres Archiepiscopi et Episcopi Galliae, quorum pastoralem sollertiam, hanc nacti occasionem, ex animo gratulamur. Ipsi enim, quamvis ex consulto a priscis sacri ministerii normis probatisque apostolatus rationibus non recedant, novis tamen aptisque remediis ac subsidiis uti contendunt, et ardua varii generis experiuntur incoepta, hodiernae vitae moribus temporumque necessitatibus melius accommodata.

His de causis pia clericorum consociatio *Missio Galliae* nuncupata, a Patrum Cardinalium et Archiepiscoporum eiusdem Nationis Coetu promota, paucos ante annos in Gallia fuit erecta secundum eam formulam, quam Sacrae Romanae Congregationes, pro sua quaeque competentia, ad experimentum probaverunt, facta una simul eidem Missioni facultate clericos aggregandi et peculiari titulo « Missionis Galliae » ad sacros ordines promovendi.

Haud leves exinde collecti bonorum operum fructus, etsi brevi intercedente temporis intervallo, utilitatem Missionis probant; experientia vero necessitatem suadet firmioris constituendae iuridicae ordinationis, quae iuris communis legibus ac principiis pressius respondeat, unde ecclesiasticae omnes institutiones suam repetunt firmitatem suumque profectum.

Quod quidem cum iidem Venerabiles supra memorati in episcopatu Fratres, Nobis et huic Apostolicae Sedi addictissimi, supplicibus litteris nuper expostulavissent, ne quid a Nobis desideraretur quod ad pleniorem Clericorum disciplinam et animorum salutem comparandam praestare valeamus, huiusmodi negotium tractandum commisimus Sacrae Nostrae Congregationi Consistoriali.

Consilium autem a Venerabili Fratre Nostro Adeodato Ioanne S.R.E. Cardinali Piazza, Episcopo Sabinensi et Mandelensi, eiusdem Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis, ad Nos prolatum, consociationem nempe Cleri saecularis, quae *Missio Galliae* nuncupatur, in *Praelaturam nullius* erigendi et constituendi, cum proprio territorio proprioque Praelato Ordinario, Nos, re mature perpensa, id adprobavimus et ad effectum deducendum decrevimus.

Ideoque, benigne admittentes preces Nobis exhibitas a Dilecto Filio Nostro Achilleo S. R. E. Cardinali Liénart, Episcopo Insulensi, Consilii seu *Commissionis* Episcopalis Missioni Galliae moderandae Praeside, praehabito favorabili voto Venerabilis Fratris Pauli Marella, Archiepiscopi titulo Docleensis, Nostri in Gallia Nuntii, ac de consensu Venerabilis Fratris Friderici Eduardi Camilli Lamy, Archiepiscopi Senonensis, aliorumque consensum supplentes, qui in huiusmodi negotio aliquid iuris habeant vel habere praesumant, multum percupientes, ut hoc bonum, felix faustumque sit et animorum saluti et Missioni Galliae benevertat, ea quae sequuntur Apostolica auctoritate Nostra decernimus et mandamus.

I

Territorium quod est in Archidioecesi Senonensi quodque paroeciam vulgo *Pontigny* constituit, praesentibus circumscriptum finibus, prout in adnexo folio describitur, * una cum sua ecclesia continentibusque aedibus — olim Sacri Ordinis Cisterciensis insigni Pontiniacensi Abbatia, quae rerum gestarum memoria necnon Sanctorum Virorum exemplis fuit illustris — a iurisdictione Ordinarii Senonensis distrahimus, et iurisdictioni Praelati Missionis Galliae, ad nutum Sanctae Sedis, submittimus, suspensa, hac ratione, qualibet memorati Ordinarii Senonensis in idem territorium potestate, ita ut posthac Missio Galliae considerari queat ac valeat instar Praelaturae Nullius dioeceseos.

II

Missio Galliae sic erecta et constituta ad normam can. 319, § 2 C. I. C. normis iuris communis regitur, salvis propriae legis statutis.

III

§ 1. Territorium Missionis, parvum quidem et certis limitibus circumscriptum, principem ipsius Missionis domum comprehendet una cum ecclesia et continentibus aedibus.

* V. pag. 571.

+++ FINES TERRITORII PRAELATURAE *NULLIUS*

1 : 50.000

§ 2. In hoc autem territorio Missio Galliae habere potest, iuxta sacrorum canonum praescripta, Seminarium seu Collegium ad normas datas a Sacra Congregatione Seminariis et Universitatibus studiorum praeposita moderandum, in quo certus adolescentium numerus ad statum clericalem instituatur.

IV

§ 1. Praelatus Missionis nominatur atque instituitur a Romano Pontifice, ad normam can. 320 § 1 C. I. C.

§ 2. Praelatus Missionis eligitur inter Sacros Antistites cooptatos in Missionis Galliae Episcopalem *Commissionem,* quae a Patrum Cardinalium et Archiepiscoporum Galliae Coetu stabiliter est constituta.

§ 3. Praelatus Missionis eiusdem Episcopalis *Commissionis* Praeses erit.

V

§ 1. Praelati Missionis ius est clericum incardinandi ad normam canonum 111 § 2 et 112 C. I. C., ceterisque servatis de iure servandis.

§ 2. Pariterque ipsius Praelati ius est clericum ad sacros ordines promovendi titulo Missionis Galliae.

§ 3. Praelatus Missionis congruae sustentationi uniuscuiusque presbyteri, quem promoverit titulo Missionis Galliae, consulere debet.

VI

§ 1. Unusquisque sacerdos, Missioni adscriptus, ut a Praelato Missionis ad aliquam dioecesim mitti vel ex alia ad aliam dioecesim, in perpetuum aut ad prorogabile tempus, transire possit, ad tramitem iuris indiget consensu Episcopi *ad quem.*

§ 2. Sacerdos Missionis a proprio, quo fungitur, in aliqua dioecesi munere amoveri potest, ad normam can. 454 § 5 C. I. C.

VII

Unusquisque Missionis sacerdos in exercenda animarum cura extra saepta Missionis vel in quolibet perfungendo munere, sibi ab Ordinario loci commisso, plene subiacet eiusdem auctoritati nullaque fruitur ab Ordinario loci exemptione.

VIII

§ 1. Praelatus Ordinarius, non sine tamen Apostolicae Sedis auctoritate et venia, Vicarium Generalem constituere debet.

§ 2. Vicarius Generalis eligendus est sacerdos, qualibet alia officiorum cura expeditus.

§ 3. Vicario Generali sic constituto omnes facultates competunt, quae huic muneri, ad normam iuris communis, sunt propriae necnon ceterae quae peculiaris Missionis lex eidem tribuit.

§ 4. Vicarius Generalis in territorio Missionis habitualiter residere debet et assidue ac probe meliori eiusdem regimini una cum Praelato consulere, non solum intra Missionis saepta sed etiam, sartis tectisque iuris communis legibus, extra territorium Missionis proprium, in moderandis vigilanti studio Missionis alumnis qui in variis dioecesibus, sub Ordinariorum locorum iurisdictione, curam animorum aliave ecclesiastica officia gerunt.

IX

Firmo praescripto can. 340 C. I. C., quo Praelatus Ordinarius singulis quinquenniis relationem Summo Pontifici facere tenetur super statu Missionis sibi commissae secundum formulam ab Apostolica Sede datam, singulis insuper annis de statu materiali et spirituali Missionis deque observantia ecclesiasticae disciplinae Praelatus relationem conficiet Sacrae Congregationi Consistoriali exhibendam.

X

§ 1. Ut aliqua Missionis domus extra Missionis territorium erigi queat, requiritur Ordinarii loci consensus in scriptis datus.

§ 2. Erecta Missionis domus nulla pollet ab Ordinario loci exemptione.

XI

Vacante Praelatura, qui senior est inter *Commissionis* Episcopalis Antistites Missionem regit atque administrat omnibus instructus facultatibus quae Praelato Missionis competunt.

Haec postquam Ecclesiae maiori usque utilitati et decori consulentes, statuimus, multa prece omnipotentis Dei imploramus auxilia, ut quilibet huius Christi militiae miles expectationis Nostrae votis respon-

dens, eximius religionis et pietatis cultor, sit « quasi ignis effulgens et thus ardens in igne » (Eccli, 50, 9) : itemque ut eius industria et opera, qua quaerat non sua, sed ea quae sunt Christi, pax renideat; ubi sunt odia, socialis effloreat amor, ubi dubitatio excruciat, fides soletur; denique ubi est rerum desperatio, sancta spes redeat.

Quae autem hisce Litteris apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo unquam tempore ac quacumque de causa, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis vero, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat se obnoxium evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Hisce omnibus, ut supra, confirmatis ac constitutis, ad eadem exsequenda deputamus Venerabilem Fratrem Paulum Marella, Archiepiscopum Docleensem, Nostrum in Gallia Nuntium, eidem tribuentes facultates opportunas et necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutione actus quomodolibet oritura, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Volumus insuper ut harum Litterarum exemplis, transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem omnino tribuatur fides in iudicio et extra illud, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum ex Arce Gandulfi, apud Romam, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, die decima octava Kalendas Septembris, in festo B. M. Virginis in coelum Assumptae, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

PIUS PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. « A PRAESENTATIONE » URBIS ET ARCHIDIOECESIS NATALENSIS PRAECIPUA PATRONA CONFIRMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae mortalibus, huius iactatis saeculi fluctibus, constituta est amplissimum praesidium, Beatam Mariam Virginem, ad Templum deductam, sacrorum administri et Christifideles urbis et archidioecesis Natalensis a multo iam tempore ut peculiarem Patronam consueverunt venerari et ad Eius simulacrum frequentes se effundere. Quae quidem imago ante ducentos annos a piscatoribus in ligneo receptaculo est inventa indeque pietate non intermissa exculta. Cum vero tam honestum Natalensium consilium ut Deipara, Deo a parentibus devota, ipsorum foret caelestis tutrix, non esset Apostolica auctoritate ratum, atque, ob alterum exactum saeculum ab imagine illa inventa, eiusdem honori sollemnia agerentur, Venerabilis Frater Marcolinus de Souza Dantas, Archiepiscopus Natalensis, Nos rogavit ut electionem illam, a Natalensi populo fideli factam, confirmaremus simulque simulacrum Deiparae aureo sineremus diademate redimiri. Nos autem, qui Marianam religionem omni ope studemus propagare eique quam maxima afferre incrementa, precibus huiusmodi libenter decrevimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Praesentatione praecipuam urbis et archidioecesis Natalensis apud Deum *Patronam* confirmamus, seu iterum constituimus ac renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum seu dioeceseon Patronis rite competunt. Earundem etiam harum Litterarum vi Natalensi Archiepiscopo, quem diximus, eas partes committimus ut, die per se ipsum statuendo, memoratae imagini Beatae Mariae Virginis a Praesentatione, post Missarum sollemnia, iuxta ritum formulamque praescriptam, auream coronam, Nostro nomine atque auctoritate, imponat. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Almam igitur Deiparam a Praesentatione urbis et archidioecesis Natalensis prae-

cipuam Patronam confirmantes seu iterum declarantes, statuimus praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Novembris, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

AD DIGNITATEM ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR CATHEDRALIS ECCLESIA NOLANA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam — Egregium religionis domicilium ac Marianae pietatis monumentum Nolae conspicitur, in urbe praeclara et pervetere: Templum dicimus princeps, quod honori Almae Deiparae sideribus receptae sacrum est, et propter molis amplitudinem atque copiam ornamentorum in Italiae Meridianae Ecclesiis numerum potiorem obtinet. Templum enim, saeculo hoc ineunte eo genere exstructum, quod a renatis artibus merito solet nuncupari, atque in tres alas dispertitum, varietate marmorum et ectypis auro obductis, quibus camera ornata est, fulget. E sacellis a latere positis duo praesertim arte et venustate commendantur, in quorum altero Augustum Eucharistiae Sacramentum asservatur, in altero vero Sanctus Paulinus, Episcopus Nolanus, est conditus. Dignum quoque existimes quod memoretur hypogeum, veteribus decoratum imaginibus, quae udo illitis coloribus sunt pictae. Ibi sepultus fertur Sanctus Felix, primus Nolanorum Antistites, ad cuius monumentum frequentes solent Christifideles religionis causa accedere. Volens autem huiusce Templi dignitatem adaugere populumque sibi commissum ad impensiora pietatis studia provocare, Venerabilis Frater Adolfus Binni, Episcopus Nolanus, Nos rogavit ut hoc Templum Almae Deiparae dicatum, Mariano hoc vertente Anno, Basilicae Minoris

nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter auditis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Cathedralem Nolanam ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illosque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Martii, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

ALLOCUTIONES

I

*Iis qui interfuerunt Conventui quartodecimo Internationali de historia medicinae artis, Romae habito.**

Parmi les nombreux Congrès qui se tiennent à Rome à la fin de cet été, plusieurs sont organisés par des associations de médecins pour étudier des questions intéressant directement la pratique actuelle de cette noble profession. Mais, élargissant le cadre ordinaire de vos préoccupations, vous avez voulu, Messieurs, dans votre XVI Congrès International d'Histoire de la Médecine, inscrire au programme quelques thèmes de portée plus générale, dignes de retenir l'attention de quiconque s'intéresse aux problèmes culturels. Aussi sommes-Nous très heureux

* Habita die 17 Septembris mensis a. 1954.

de vous recevoir en cette occasion pour vous féliciter et souhaiter à ces rencontres le plus grand fruit.

Le rythme étonnamment rapide, qui entraîne depuis plus de cent ans l'évolution des sciences, n'a pas manqué de provoquer les plus heureuses conséquences dans le domaine de l'art de guérir. En même temps que s'approfondissait au siècle dernier la connaissance du corps humain, de sa structure et de ses fonctions, l'avénement de la microbiologie lançait la médecine dans la voie d'un progrès tellement radical que l'on a peine à comprendre les idées et les pratiques des médecins qui vécurent à une époque moins fortunée. Et pourtant, les conceptions actuelles en anatomie, physiologie et pathologie, la précision des méthodes modernes de recherche ne constituent que l'aboutissement de longs tâtonnements et la continuation d'une route particulièrement difficile. Compléter le tableau magnifique de l'histoire de la médecine, en éclairer les points obscurs, préciser tel ou tel trait des figures d'avant-plan ou des disciples plus modestes qui appliquent et vérifient les intuitions des maîtres, redresser aussi les interprétations inexactes qui défigurent la réalité, telle est, Messieurs, la tâche que vous vous proposez.

Mais vous n'oubliez pas que les leçons du passé doivent servir aux hommes du temps présent, les instruire, leur éviter de répéter certaines erreurs ou de s'engager sur des chemins sans issue. En médecine, comme dans les autres branches du savoir, il n'est pas rare que des principes bien établis viennent peu à peu à s'obscurcir, victimes parfois d'une routine qui en fausse la portée jusqu'à les dénaturer et les condamner à disparaître. Arrive un jour cependant où la vérité ressuscite. En relisant les anciens, l'on s'aperçoit que déjà ils avaient ouvert la voie et formulé des règles sages. Aux fervents de l'histoire de la médecine, il appartient de rechercher les trésors oubliés et de les remettre en valeur. C'est pourquoi Nous souhaitons que les thèmes de relation traités dans vos sessions : la médecine comme moyen d'union entre les peuples, sa contribution au progrès de la civilisation, l'école de Salerne et le monde médical préuniversitaire, projettent sud certains aspects du passé un éclairage nouveau, susceptible d'intéresser et d'instruire les contemporains.

La médecine, science et art, occupe, dans les civilisations, une place vraiment particulière : son importance pour l'individu comme pour la société, les qualités requises chez celui qui l'exerce, le caractère sacré de la vie humaine dont elle dispose, déterminèrent dès l'antiquité l'intervention du législateur, soucieux d'en contrôler l'exercice. Deux millénaires avant le Christ, le code fameux d'Hammourabi promulgue les

peines et les récompenses qui sanctionnent l'échec ou la réussite des interventions médicales. Il était nécessaire cependant qu'une activité aussi complexe et délicate trouvât, pour l'orienter, les enseignements d'un maître conscient de ses exigences techniques, autant que de ses responsabilités morales. Le génie grec, si fécond dans tous les domaines de la culture, allait là aussi donner sa mesure. Les écrits d'Hippocrate contiennent sans aucun doute une des plus nobles expressions de la conscience professionnelle, qui impose en particulier le respect de la vie et le dévoûment au malade, et tient compte aussi des facteurs personnels : maîtrise de soi, dignité, discrétion. Celui qui sut mettre en évidence ces normes morales, et les présenter dans l'ensemble d'une doctrine suffisamment complète et harmonieuse, fit à la civilisation l'hommage d'une œuvre plus grandiose que celle des conquérants d'empires.

Nous ne pouvons oublier que, fidèle à cet idéal, la médecine fut et reste destinée à tenir un rôle capital, lorsque se déchaînent les terribles fléaux, guerres et épidémies, qui menacent jusqu'à l'existence des peuples. Dans les angoisses et l'urgence de ces conjonctures, elle se découvre alors des ressources insoupçonnées, tant par l'invention et la mise au point de thérapeutiques nouvelles, que par le dévoûment héroïque des médecins à leur mission de salut.

L'histoire de l'école de Salerne illustre à merveille le rôle international de la médecine et son apport civilisateur. Lorsque les invasions barbares submergèrent l'Empire Romain, l'Eglise réussit à conserver dans ses monastères l'essentiel de la culture gréco-latine et, en particulier, les écrits des principaux auteurs médicaux. Mais en outre, fidèles à la pratique de la charité chrétienne, les moines s'appliquèrent aussi à secourir malades et infirmes et gardèrent vivantes les traditions d'où sortit au XI siècle cette école médicale, qui fut la plus célèbre du Moyen-âge avant la fondation des Universités ; Salerne rayonnera bientôt après sur toute l'Europe et enverra partout les disciples qu'elle aura formés.

Aujourd'hui, grâce à la multiplicité des moyens de diffusion de la pensée, la science médicale dispose au maximum des avantages de la collaboration internationale. De nombreuses associations groupent les diverses spécialités et instaurent par dessus les frontières une féconde émulation. La médecine continue ainsi à promouvoir efficacement le progrès de la civilastion et remporte chaque année, pour ainsi dire, l'une ou l'autre victoire importante. Quel puissant stimulant pour étudier avec passion l'histoire d'un art si intimement mêlé à la croissance intellectuelle et morale des peuples, partageant toutes leurs vicissitudes, reflétant toutes les péripéties de leurs progrès et de leurs décadences !

En affrontant le problème de la maladie, le médecin, qu'il le veuille ou non, doit prendre position devant celui de la destinée humaine. S'il ne reconnaît rien au delà des phénomènes biochimiques, n'avoue-t-il pas implicitement l'échec de tous ses efforts? Or c'est là une attitude contre laquelle s'élèvent non seulement le sens intime de tout individu, mais cette longue marche séculaire, cette progression courageuse et tenace que détaille l'histoire de la médecine. L'homme de cœur, qui engage toutes ses énergies dans la lutte contre la maladie, ne peut ignorer le message de Celui qui s'est dit le Maître de la vie et de la mort et qui a prouvé cette affirmation par de nombreux prodiges, en particulier par celui de sa propre résurrection. Il ne peut ignorer surtout que le Christ promet à tous les hommes dociles à sa parole, de les faire participer un jour à son triomphe définitif.

Nous souhaitons, Messieurs, que cette vérité si consolante vous soutienne dans votre labeur quotidien, austère et exigeant, dont le monde éprouve sans cesse les immenses bienfaits. Que la Divine Providence en assure le succès et vous accorde de réaliser vos meilleurs désirs. De tout cœur, Nous vous en donnons pour gage Notre Bénédiction Apostolique.

II

Iis qui interfuerunt Conventui decimo totius Unionis Geodaeticae ac Geophysicae internationalis, Romae habito. *

Pro iudicandis iisdem causis in tertia et ulteriore instantia servetur canon 1599, § 1, 2°.

Officialis, iudices, promotor iustitiae, et defensor vinculi Tribunalis appellationis in Vicariatu Urbis ab Ipso Summo Pontifice, proponente Emo Cardinali Urbis Vicario, nominabuntur.

Haec autem decreta, quae a memorato die vim suam exserunt, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII Decano S. R. Rotae mandatum dedit communicandi cum Tribunalibus de quibus agitur.

E Secretaria Status Sanctitatis Suae, die 16 mensis Octobris anno 1954.

I. B. Montini
Prosecretarius Status pro Ordinariis Ecclesiae Negotiis

L. ✠ S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 18 ottobre 1954, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. DE MOURA DECIO HONORATO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Giovedì, 21 ottobre 1954, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. CREMIN CORNELIUS CHRISTOPHER, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Irlanda, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Mercoledì, 27 ottobre 1954, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. VALLADARES RODRIGUEZ JUAN, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Honduras, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 20 ottobre 1954 il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare il Revmo Padre Paolo Philippe, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Primo Compagno del Commissario della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio e Consultore della stessa Sacra Congregazione.*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

16 maggio 1954. S. E. Revma Monsig. Cooray Tommaso Beniamino, Arcivescovo di Colombo.
3 settembre » S. E. Revma Monsig. De Laurentiis Ernesto, Vescovo di Ischia.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

15 dicembre 1952. Monsig. Villegas Vincenzo, della diocesi di León (Messico).
23 aprile 1953. Monsig. García Giuseppe, della diocesi di Cuernavaca.
6 novembre » Monsig. Kather Arturo, dell'arcidiocesi di Colonia.
2 settembre 1954. Monsig. della Paolera Luigi, della diocesi di Alife.

18 settmbre 1954. Monsig. Rebelo Francesco della Pietà, dell'arcidiocesi di Goa e Damão.
22 » » Monsig. Gallo Luigi, della diocesi di Conversano.

Prelati Domestici di Sua Santità:

16 aprile 1946. Monsig. Jansen Nicola, della diocesi di Aquisgrana.
13 agosto » Monsig. Schwamborn Gregorio, della medesima diocesi.
19 agosto 1950. Monsig. Barraza y Motta Giuseppe, della diocesi di Sinaloa.
» » » Monsig. Olvera Rogelio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ramos Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Rodriguez Giuseppe, della medesima diocesi.
14 aprile 1951. Monsig. Bellamy Giovanni M., della diocesi di Ogdensburg.
» » » Monsig. Charbonneau Antimo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Funcke Walter, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Martin Aroldo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Wojciechowski Stefano, della medesima diocesi.
25 ottobre 1953. Monsig. Müncker Teodoro, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
4 novembre » Monsig. Neuss Guglielmo, dell'arcidiocesi di Colonia.
11 » » Monsig. Lenz Giacomo, della diocesi di Passavia.
» » » Monsig. Seidlmeier Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Straubinger Giovanni, della diocesi di Rottemburgo.
20 gennaio 1954. Monsig. Roessler Giovanni, della diocesi di Spira.
» » » Monsig. Wothe Martino, della medesima diocesi.
1 febbraio » Monsig. Castellino Vincenzo, dell'arcidiocesi di Nagpur.
» » » Monsig. Wengert Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
3 marzo » Monsig. Palmira Lavalle Martino, della diocesi di Campeche.
16 » » Monsig. Kohlbach Rocco, della diocesi di Secovia.
20 » » Monsig. Frotz Agostino, dell'arcidiocesi di Colonia.
5 aprile » Monsig. Martinez Eudaldo, della diocesi di Chiapas.
21 » » Monsig. Hoefer Giuseppe, dell'arcidiocesi di Paderborn.
15 maggio » Monsig. Pamplona Raimondo, dell'arcidiocesi di Jaro.
18 settembre » Monsig. Lourenço Agapito, dell'arcidioc. di Goa e Damão.
» » » Monsig. Fernandes Giovanni Salvatore, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. de Mendonça Filippo Neri, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mancini Tito, della diocesi suburbicaria di Porto e S. Rufina.
22 » » Monsig. Coletta Angelo, della diocesi di Conversano.
23 » » Monsig. Bonin Omer, della diocesi di Joliette.
» » » Monsig. Caillé Vilfrido, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Garceau Camillo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lamarche Luigi Filippo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Roch Filippo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Valois Omer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carton Giorgio, della diocesi di Peoria.

23 settembre 1954. Monsig. Dunn Edoardo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Henkel Leone, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Bagnoli Luigi, della diocesi di Guastalla.
» » » Monsig. Fermi Dante, della medesima diocesi.
11 ottobre » Monsig. Jovane Gennaro, dell'arcidiocesi di Gaeta.
19 » » Monsig. Paupini Giuseppe, della diocesi di Fano.
» » » Monsig. Micossi Giuseppe, della diocesi di Vittorio Veneto.

Camerieri Segreti soprannumerari di Sua Santità:

1 febbraio 1954. Monsig. Weyer Enrico, dell'arcidiocesi di Nagpur.
» » » Monsig. Rego Francesco, della medesima arcidiocesi.
9 » » Monsig. Pinto Giuseppe, della diocesi di Poona.
» » » Monsig. St. Anna Gonsalves Reginaldo, della medesima diocesi.
3 aprile » Monsig. Mastrangelo Giuseppe, della diocesi di Trivento.
15 maggio » Monsig. Fegarido Melezio, dell'arcidiocesi di Jaro.
18 settembre » Monsig. Bellucci Cleto, dell'arcidiocesi di Ancona.
» » » Monsig. De Crescenzo Francesco, dell'arcidiocesi di Capua.
» » » Monsig. Cotta Sebastiano Gaetano della Pietà, dell'arcidiocesi di Goa e Damão.
24 » » Monsig. Di Nardo Andrea, dell'arcidiocesi di Amalfi.
19 ottobre » Monsig. Martini Franco, della diocesi di Imola.
» » » Monsig. Mazzi Venerio, della diocesi di La Spezia.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

13 giugno 1954. A S. E. il sig. Gen. Trujillo Molina Ettore, Presidente della Repubblica Dominicana.
» » » A S. E. il Generalissimo Trujillo Molina Raffaele Leonida (Repubblica Dominicana).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1 settembre 1954. Al sig. Fuchs Giovanni, della diocesi di Treviri.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 agosto 1953. Al sig. Alves Giovanni Carlo, del patriarcato di Lisbona.
12 novembre » Al sig. Van Bree Firmino, dell'arcidiocesi di Malines.
16 dicembre » Al sig. Brenninkmeyer Francesco, dell'arcidiocesi di Utrecht.
20 aprile 1954. Al sig. De Rego Monteiro Luigi Augusto, dell'arcidiocesi di Rio de Janeiro.
24 » » Al sig. Castaño Carlo Alberto, dell'arcidiocesi di Buenos Aires.

26 luglio 1954. Al sig. Guthrie Tommaso Giuseppe, della diocesi di Des Moines.

4 agosto » Al sig. Khater Mourched, della diocesi di Damasco dei Maroniti.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

28 dicembre 1953. Al sig. Marlet Giacomo Giovanni, dell'arcidiocesi di Utrecht.

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 luglio 1953. Al sig. Nicolini Giovanni Vincenzo, dell'arcidiocesi di Lima.

3 maggio 1954. Al sig. Spoorenberg Pietro Giacomo Maria, della diocesi di Haarlem.

10 » » Al sig. Kortenhorst Leonardo Gerardo, della diocesi di Haarlem.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26 giugno 1951. Al sig. Toral y Malo Daniele, della diocesi di Cuenca.

17 febbraio 1953. Al sig. Diener Luigi, della diocesi di Wuerzburg.

21 » » Al sig. Fritzen Carlo, dell'arcidiocesi di Colonia.

3 luglio » Al sig. Rossel Dulanto Giuseppe Alberto, dell'arcidiocesi di Lima.

» » » Al sig. Estremadoyro Alfonso, della medesima arcidiocesi.

» » » Al sig. Ganoza y Ganoza Fortunato, della medesima arcidiocesi.

» » » Al sig. Pardo Heeren Giovanni, della medesima arcidioc.

» » » Al sig. Castañeda Armando, della medesima arcidiocesi.

» » » Al sig. Ostolaza Guglielmo, della medesima arcidiocesi.

» » » Al sig. Pardo Althaus Giovanni, della medesima arcidioc.

» » » Al sig. Vásquez de Velasco Germano, della medesima arcidiocesi.

12 novembre » Al sig. Koeckx Giovanni, dell'arcidiocesi di Malines.

22 marzo 1954. Al sig. Houtart Francesco, della medesima arcidiocesi.

6 aprile » Al sig. Galas Arce Giacomo, dell'arcidiocesi di Messico.

26 » » Al sig. Negroni Zaccaria, della diocesi suburbicaria di Albano.

1 maggio » Al sig. Conix Alfonso, dell'arcidiocesi di Malines.

» » » Al sig. van Dievoet Emilio, della medesima arcidiocesi.

24 » » Al sig. Wahlert Enrico W., dell'arcidiocesi di Dubuque.

4 giugno » Al sig. De Almeida Vasco Maria Eugenio, dell'arcidiocesi di Evora.

» » » Al sig. Leblanc Alberto, dell'arcidiocesi di Sherbrooke.

5 » » Al sig. Carboneri Lorenzo, della diocesi di Mondovì.

» » » Al sig. Biglia Umberto, della diocesi di Novara.

7 » » Al sig. Gemini Italo (Roma).

15 » » Al sig. Zuazo Cuenca Federico (Bolivia).

14 luglio » Al sig. Micheloni Alfonso, della diocesi di Pontremoli.

19 luglio 1954. Al sig. Mercati Silvio (Roma).
7 agosto » Al sig. Boggiali Gaetano, dell'arcidiocesi di Milano.
11 » » Al sig. Spaens Corrado, del vicariato apostolico di Finlandia.
19 » » Al sig. Savoie Callisto, dell'arcidiocesi di Moncton.
1 settembre » Al sig. Sacco Paolo, della diocesi di Davenport.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

3 luglio 1853. Al sig. Alfaro Blanco Federico, dell'arcidiocesi di Lima.
23 novembre » Al sig. de Quintanilha y Mendonça Dias Fernando (Portogallo).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 maggio 1953. Al sig. Frings Alfonso, dell'arcidiocesi di Colonia.
3 luglio » Al sig. Lemmens Francesco Nicola, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Roosen Antonio, della medesima arcidiocesi.
8 ottobre » Al sig. Crombé Enrico, della diocesi di Tournai.
29 » » Al sig. Happe Enrico, della diocesi di Hildesheim.
» » » Al sig. Piérard Renato, della diocesi di Tournai.
» » » Al sig. Vitry Leone, della medesima diocesi.
24 novembre » Al sig. Higgins Giovanni, dell'arcidiocesi di Tuam.
2 gennaio 1954. Al sig. Dalderup Francesco, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
» » » Al sig. Kolfschoten Giorgio Maria, della medesima dioc.
20 » » Al sig. Weebers Teodoro G., della diocesi di Breda.
2 febbraio » Al sig. Lockefeer Alberto, della diocesi di Breda.
8 » » Al sig. Van Doorne Guglielmo, della diocesi di Bois-le-Duc.
16 » » Al sig. Dehant Giovanni, della diocesi di Namur.
» » » Al sig. van Lantschoot Osvaldo, della medesima diocesi.
25 » » Al sig. Cella Giovanni B. II°, della diocesi di Monterey-Fresno.
» » » Al sig. Downie Harry, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Elzea Edmondo Elmore, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Mon Pere Vincenzo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ryan Tommaso W., della medesima diocesi.
» » » Al sig. Scoville Carlo B., della medesima diocesi.
» » » Al sig. Veith Giorgio W., della medesima diocesi.
3 marzo » Al sig. Heijmans Cornelio, della diocesi di Haarlem.
17 » » Al sig. Mc Auliffe Alvin, della diocesi di Savannah-Atlanta.
» » » Al sig. Mc Donald Giovanni, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. de Coninck Augusto, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Geurts Renato, della medesima arcidiocesi.
29 » » Al sig. Nelissen Enrico M., dell'arcidiocesi di Utrecht.
12 aprile » Al sig. Conroy Guglielmo, della diocesi di Kansas City.
» » » Al sig. Meunier Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ridge Alberto, della medesima diocesi.

12 aprile 1954. Al sig. Stock Arturo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Walter Martino Jr., della diocesi di Pueblo.
20 » » Al sig. de Meyer Francesco Bernardo, della diocesi di Breda.
23 » » Al sig. Meagher Nicola, della diocesi di SaltLake City.
1 maggio » Al sig. Anello Vincenzo, della diocesi di Brooklyn.
» » » Al sig. Bobinski Massimo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Brown Giacomo Jr., della medesima diocesi.
» » » Al sig. Carlin Walter, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Chellis Roberto, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Dowden Edoardo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Dulligan Pietro, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Goess Federico, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Gordon Carlo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Kelly Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Loughlin Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Lynch Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. McGroarty Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Mylod Carlo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Sessa Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Soden Davide, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Walsh Giuseppe, della medesima diocesi.
6 » » Al sig. Coughlin Martino G., della diocesi di San Diego.
» » » Al sig. McGinnis Felice, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Mehren Edoardo G., della medesima diocesi.
» » » Al sig. Oliver Lorenzo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Sterling Allen, della medesima diocesi.
12 » » Al sig. Geuljans Roberto, della diocesi di Ruremonda.
» » » Al sig. Slooff Giovanni, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
21 » » Al sig. Ducret Bernardo, della diocesi di Friburgo Sv.
4 giugno » Al sig. Conway Franco, dell'arcidiocesi di Sherbrooke.
» » » Al sig. Thibault Leo, della medesima arcidiocesi.
5 » » Al sig. Hoogewen Giovanni Adriano, della diocesi di Haarlem.
» » » Al sig. Bertuzzi Francesco, della diocesi di Lodi.
14 » » Al sig. Bablon Renato, del vicariato apostolico di Tananarive.
30 » » Al sig. Vidotti Mario, del patriarcato di Venezia.
2 luglio » Al sig. Barelli Lionello (Roma).
14 » » Al sig. Neutelings Teodoro Raniero, della diocesi di Breda.
» » » Al sig. Smits Francesco, della medesima diocesi.
19 » » Al sig. Poli Carmelo, dell'arcidiocesi di Catania.
21 » » Al sig. Van Hussen Nicola Giovanni Giacomo, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
3 agosto » Al sig. van der Lugt Antonio H. W., della diocesi di Haarlem.
» » » Al sig. Steenberghe Enrico Paolo, dell'arcidiocesi di Utrecht.

3 agosto 1954. Al sig. Janssens Federico Bernardo, della medesima arcidiocesi.
7 » » Al sig. Akkara Agostino, della diocesi di Trichur.
» » » Al sig. Pescatori Amalindo, della diocesi di Volterra.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro:

25 giugno 1954. Al sig. Tchou Yin (Cina).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 gennaio 1953. Al sig. Garcia Otero Giulio, dell'arcidiocesi di Montevideo.
24 giugno » Al sig. Soddemann Antonio, dell'arcidiocesi di Colonia.
18 luglio » Al sig. de Carvalho Giovanni Pais Battista, della diocesi di Oporto.
8 ottobre » Al sig. Cambier Fernando C. L., della diocesi di Namur.
29 » » Al sig. Paradis Lorenzo, della diocesi di Trois-Rivières.
» » » Al sig. Poliquin Federico, della medesima diocesi.
9 novembre » Al sig. Duboccage Antonio, del vicariato apostolico di Kisantu.
22 marzo 1954. Al sig. de Preter Giovanni, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. de Ruyter Teofilo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. van de Wyer Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
3 aprile » Al sig. Cristiani Luigi, della diocesi di Trieste.
8 » » Al sig. Mercurio Giovanni, della diocesi di Brooklyn.
1 maggio » Al sig. Behets Enrico, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Loos Carlo, della medesima arcidiocesi.
4 giugno » Al sig. Garbini Averardo, dell'arcidiocesi di Spoleto.
5 » » Al sig. Alagona Marcello, dell'arcidiocesi di Siracusa.
18 » » Al sig. Costa Luigi, della diocesi di Alessandria.
23 » » Al sig. Vian Nello (Roma).
25 » » Al sig. Charette Ernesto, della diocesi di Mont-Laurier.
2 luglio » Al sig. Parenti Alberto (Roma).
9 » » Al sig. Novello Agostino, della diocesi di Cefalù.
10 » » Al sig. Lamattina Modesto, della diocesi di Campagna.
12 » » Al sig. Lebnan Bacos, della diocesi del Cairo.
19 » » Al sig. Capuano Francesco, della diocesi di Ischia.
» » » Al sig. D'Abundo Emanuele, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. Dore Giampietro (Roma).
» » » Al sig. Majerotto Serafino (Roma).
26 » » Al sig. Pignataro Nicolò, dell'arcidiocesi di Monreale.
» » » Al sig. Venchierutti Paolo, del patriarcato di Venezia.
3 agosto » Al sig. Casalini Giovanni, della diocesi di Oria.
6 » » Al sig. Barcellini Ernesto (Roma).
7 » » Al sig. Pepe Giuseppe, della diocesi di Tortona.
24 » » Al sig. Cremisini Pio (Roma).
1 settembre » Al sig. Salm Martino, della diocesi di Green Bay.
7 » » Al sig. Tellier Giulio, della diocesi di Namur.
21 » » Al sig. Bonomi Gino, della diocesi di Chiavari.
» » » Al sig. Frezza Tommaso (Roma).

25 settembre 1954. Al sig. Palvis Lodovico, della diocesi di Bergamo.
1 ottobre » Al sig. Sfondrini Antonio, della diocesi di Grosseto.
4 » » Al sig. Tenaglia Mario, dell'arcidiocesi di Chieti.
» » » Al sig. Reggiori Ferdinando, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Spada Abramo, dell'arcidiocesi di Trento.
7 » » Al sig. Manfredini Enea, della diocesi di Reggio Emilia.
12 » » Al sig. Eustacchi Lampleto, dell'arcidiocesi di Camerino.
13 » » Al sig. Iturriaga Giuseppe (Perú).
14 » » Al sig. Carpano da Avola Corrado, della diocesi di Noto.
» » » Al sig. Tringali Pompeo, della medesima diocesi.
19 » » Al sig. Villa Santa Carlo, della diocesi di Albenga.
27 » » Al sig. Deschka Enrico, dell'arcidiocesi di Vienna.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29 dicembre 1950. Al sig. Leleux Adolfo, del vicariato apostolico di Lépold-ville.
» » » Ai sig. Voet Camillo, del medesimo vicariato apostolico.
26 gennaio 1953. Al sig. Rius Mario, dell'arcidiocesi di Montevideo.
» » » Al sig. Rocca Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Touya Giovanni Giuseppe, della medesima arci-diocesi.
» » » Al sig. Viola Roberto, della medesima arcidiocesi.
3 agosto » Al sig. Claes Enrico, dell'arcidiocesi di Colonia.
18 novembre » Al sig. Streb Fritz, della diocesi di Spira.
19 dicembre » Al sig. Körner Giuseppe, della diocesi di 's-Hertogen-bosch.
2 gennaio 1954. Al sig. van der Ploeg Cornelio Giovanni, della diocesi di Haarlem.
8 » » Al sig. Mooren Enrico, della diocesi di Ruremonda.
2 febbraio » Al sig. De Vos Pietro Giuseppe, della diocesi di Haarlem.
» » » Al sig. van Kruisbergen Guglielmo Giovanni, della me-desima diocesi.
8 » » Al sig. Hoebens Francesco, della diocesi di 's-Hertogen-bosch.
» » » Al sig. van den Eerenbeemt Giuseppe, della medesima diocesi.
16 » » Al sig. Labarre Ernesto, della diocesi di Namur.
» » » Al sig. Thielen Giovanni, dell'arcidiocesi di Utrecht.
7 marzo » Al sig. Kromsigt Sytze, della diocesi di Haarlem.
8 » » Al sig. Rubbrecht Raffaele, della diocesi di Bruges.
» » » Al sig. Falmagne Edmondo, della diocesi di Namur.
9 » » Al sig. Heeger Saverio Uberto, dell'arcidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. van Oorschot Antonio Lodovico, della medesima arcidiocesi.
22 » » Al sig. Cattoir Maurizio, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. De Haes Renato, della medesima arcidiocesi.
» » » Ai sig. Dutillieu Edmondo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Lannoy Enrico, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Lemajeur Giosué, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Loris Michele, della medesima arcidiocesi.

22 marzo 1954. Al sig. Oomes Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. van der Rest Alberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. van Swieten Raimondo, della medesima arcidioc.
» » » Al sig. Willemaer Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
29 » » Al sig. Romson Adriano Pietro, della diocesi di Breda.
25 aprile » Al sig. Kreuels Mattia, dell'arcidiocesi di Colonia.
1 maggio » Al sig. Bartholomeus Giovanni, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Loncin Eugenio, della medesima arcidiocesi.
12 » » Al sig. Angelotti Poliziano, della diocesi di Montepulciano.
18 » » Al sig. Toriel Andrea, del vicariato apostolico di Alessandria d'Egitto.
» » » Al sig. Salvi Ugo, dell'arcidiocesi di Milano.
21 » » Al sig. Galassini Luigi, della diocesi di Faenza.
6 giugno » Al sig. Cena Ettore, dell'arcidiocesi di Torino;
» » » Al sig. Oberto Daniele, della medesima arcidiocesi.
30 » » Al sig. Sforzi Gino, della diocesi di Grosseto.
26 luglio » Al sig. D'Este Francesco, del patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. Michieletto Enrico, del medesimo patriarcato.
29 » » Al sig. Conti Francesco, della diocesi di Brescia.
3 agosto » Al sig. Testa Antonio, della diocesi di Fidenza.
4 » » Al sig. Sagliocca Antonio, della diocesi di Brooklyn.
7 » » Al sig. Pizzi Alfredo, della diocesi di Rimini.
7 settembre » Al sig. Leynen Uberto, della diocesi di Liegi.
» » » Al sig. De Kimpe Enrico, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Delaisse Leone, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Van den Broucke Marco, della medesima arcidiocesi.
21 » » Al sig. Avallone Alfonso, dell'arcidiocesi di Valva e Sulmona.
7 ottobre » Al sig. Campi Guido, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Benassi Pietro, della diocesi di Reggio Emilia.
12 » » Al sig. Roma Giuseppe, della diocesi di Nardò.
14 » » Al sig. Baril Lionello, della diocesi di Nicolet.
» » » Al sig. Roy Giorgio Stefano, della medesima diocesi.
17 » » Al sig. Angrisani Guglielmo, della diocesi di Nocera dei Pagani.
20 » » Al sig. Gasparini Angelo, della diocesi di Lodi.
» » » Al sig. Lomi Attilio, della medesima diocesi.

An. et vol. XXXXVI 18 Novembris 1954 (Ser. II, v. XXI) - N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE REGALI BEATAE MARIAE VIRGINIS DIGNITATE EIUSQUE FESTO INSTITUENDO.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ad Caeli Reginam, inde a primis Catholicae Ecclesiae saeculis, supplices preces ac laudis pietatisque cantus christianus populus adhibuit, sive cum laetitiae suavitatibus afficeretur, sive praesertim cum in gravibus periclitaretur rerum angustiis; ac numquam spes decidit in Divini Regis Iesu Christi Matre reposita, numquam fides illa elanguit, qua docemur Deiparam Virginem Mariam in universo terrarum orbe materno animo regnare, quemadmodum regalis gloriae corona in caelesti redimitur beatitate.

Nos autem post calamitates immanes, quae ob oculos etiam Nostros, florentes urbes, oppida, pagos innumeris obruerunt ruinis, cum dolentes videamus tot tantaque animorum mala turbida quadam eluvione formidolose exundare, cumque cernamus interdum labare iustitiam, atque passim corruptelarum triumphare illecebras, in hoc minaci ac trepido rerum discri-

mine, summa aegritudine angimur; atque adeo fidentes ad Mariam Reginam Nostram confugimus, non modo Nostros pietatis sensus eidem patefacientes, sed eorum etiam omnium, qui christiano gloriantur nomine.

Meminisse autem placet ac iuvat, Nosmet ipsos, calendis Novembribus Anni Sacri MDCCCCL, coram ingenti multitudine cum Patrum Cardinalium, tum sacrorum Antistitum, sacerdotum et christifidelium, qui undique gentium advenerant, dogma decrevisse Assumptionis Beatissimae Mariae Virginis in Caelum,[1] ubi animo corporeque praesens, inter Angelorum Sanctorumque Caelitum choros regnat una cum Unigena Filio suo. Ac praeterea, cum saeculum expleretur ex quo imm. mem. Decessor Noster Pius IX summam Dei Genetricem sanxit ac definivit sine ulla originalis peccati labe fuisse conceptam, Marialem qui volvitur, Annum indiximus;[2] ac nunc magno cum paterni animi Nostri solacio cernimus, non modo hac in alma Urbe — praesertim vero in Liberiana Basilica, ubi multitudines innumerae suam fidem suamque erga caelestem Matrem incensissimam caritatem significanter testantur — sed in omnibus etiam terrarum orbis partibus, pietatem in Deiparam Virginem etiam atque etiam revirescere, praecipuaque Mariae templa frequentissima excepisse atque adhuc excipere peregrinantium christifidelium agmina supplicantium.

Omnesque norunt Nos, quotiescumque opportunitas data est, cum nempe Nostros in Christo filios coram admissos allocuti sumus, vel cum, radiophonicae artis ope, ad longinquos etiam populos verba fecimus, eos omnes, quos potuimus, adhortatos esse ad benignissimam ac potentissimam Matrem nostram impensa ac tenera — ut filios addecet — caritate adamandam. Quam ad rem peculiari modo in memoriam revocare libet radiophonicum nuntium, quem ad Lusitanorum populum transmisimus, cum prodigialis Mariae Virginis imago, quae Fatimae

[1] Cfr. Constitutio Apostolica *Munificentissimus Deus*: *A. A. S.* XXXXII, 1950, p. 753 sq.

[2] Cfr. Litt. Enc. *Fulgens corona*: *A. A. S.* XXXXV, 1953, p. 577 sq.

colitur, aureo diademate redimita fuit,[3] et quem Nosmet ipsi « Regalitatis » Mariae nuntium vocavimus.[4]

Iamvero, ut multiplicibus hisce erga magnam Dei Matrem pietatis Nostrae significationibus, quas christianus populus tam studiose prosecutus est, quasi cumulum afferamus, itemque ut Marialem Annum, qui iam ad exitum vergit, feliciter utiliterque concludamus, utque instantibus petitionibus, quae hac de causa undique gentium ad Nos pervenerunt, libenter concedamus, festum liturgicum Beatae Mariae Virginis Reginae instituere decrevimus.

Qua de re non novam veritatem credendam christiano populo proponere volumus, cum reapse titulus atque argumenta, quibus regalis Mariae dignitas innititur, iam sint quovis tempore luculenter expressa, iamque in Ecclesiae documentis habeantur antiquitus tradita, et in sacrae liturgiae libris.

Quae quidem placet per Encyclicas has Litteras recolere, ut caelestis Matris nostrae renovemus laudes, utque studiosiorem erga eam pietatem, non sine spirituali emolumento, in omnium animis refoveamus.

I

Christianorum populus, cum, elapsis etiam temporibus non sine ratione crederet illam, de qua Filius Altissimi natus est, qui « regnabit in domo Iacob in aeternum »,[5] « Princeps pacis »,[6] « Rex regum et Dominus dominantium »,[7] prae aliis omnibus, a Deo creatis, singularia accepisse gratiae privilegia, cumque consideraret arctam necessitudinem interesse inter matrem et prolem, regiam excellentiam Dei Genetrici super omnia facile agnovit.

Quamobrem mirum non est iam antiquos Ecclesiae scripto-

[3] Cfr. *A. A. S.* XXXVIII, 1946, p. 264 sq.
[4] Cfr. *L'Osservatore Romano*, d. 19 Maii, a. 1946.
[5] Luc. I, 32.
[6] Isai. IX, 6.
[7] *Apoc.* XIX, 16.

res. verbis innixos S. Gabrielis Archangeli, qui Mariae Filium praedixit regnaturum esse in aeternum,[8] verbisque Elisabeth, quae eam reverenter salutando celebravit « Matrem Domini mei »,[9] Mariam appellasse « Matrem Regis », « Matrem Domini », haud obscure significantes eam ex regia Filii sui dignitate praecipuam quandam habuisse celsitudinem atque praestantiam.

Itaque S. Ephraem, poëtico fervens afflatu, sic eam loquentem inducit: « Caelum sustineat me suis amplexibus, quia prae illo honorata sum. Etenim caelum non fuit tibi mater; sed illud effecisti thronum tuum. Quam honorabilior et venerabilior Mater Regis throno eius ».[10] Et alibi sic eam adprecatur: « ... puella Augusta et hera, Regina, Domina sub alis tuis protege, custodi me ut ne contra me Satan exultet, qui perniciem creat, neque adversus me scelestus inimicus extollatur ».[11]

A S. Gregorio Nazianzeno Maria appellatur: « Mater Regis totius universi », « Mater Virgo, [quae] totius mundi peperit Regem ».[12] Prudentius vero asseverat mirari genetricem « se Deum genuisse hominem, Regem quoque summum ».[13]

Regia autem haec Beatae Virginis Mariae dignitas clare aperteque ab iis significatur et asseritur, qui eam « Dominam », « Dominatricem », « Reginam » appellant.

Iam in quadam homilia, Origeni attributa, Maria ab Elisabeth non solum vocatur « Mater Domini mei », sed etiam « Tu Domina mea ».[14]

Quod item ex hoc S. Hieronymi loco eruitur, cum ipse inter varias Mariae nominis interpretationes hanc postremam afferat sententiam: « Sciendum quod Maria, sermone syro Domina

[8] Cfr. Luc. I, 32, 33.

[9] Luc. I, 43.

[10] S. Ephraem, *Hymni de B. Maria*, ed. Th. J. Lamy, t. II, Mechliniae, 1886, hymn. XIX, p. 624.

[11] Idem, *Oratio ad Ssmam Dei Matrem; Opera omnia*, Ed. Assemani, t. III (graece), Romae, 1747, pag. 546.

[12] S. Gregorius Naz., *Poemata dogmatica*, XVIII, v. 58: *P. G.* XXXVII, 485.

[13] Prudentius, *Dittochaeum*, XXVII: *P. L.* LX, 102 A.

[14] *Hom. in S. Lucam, hom. VII*; ed. Rauer, Origenes' Werke, T. IX, p. 48 (ex catena Macarii Chrysocephali). Cfr. *P. G.* XIII, 1902 D.

nuncupatur ».[15] Id pariter certiore modo, post ipsum, S. Chrysologus hisce verbis enuntiat: « Maria hebraeo sermone, latine Domina nuncupatur: vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominatoris Genetricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci et vocari Dominam ipsa sui germinis fecit et impetravit auctoritas ».[16]

Praeterea Epiphanius, Episcopus Constantinopolitanus, Summo Pontifici Hormisdae scribens, supplicandum esse dicit, ut Ecclesiae unitas servetur « gratia sanctae et unius essentiae Trinitatis et intercessionibus Dominae nostrae Sanctae et gloriosae Virginis et Dei Genetricis Mariae ».[17]

Quidam vero eiusdem aetatis auctor Beatam Virginem, sedentem ad dexteram Dei, ut pro nobis deprecetur, sollemniter hisce verbis salutat: « mortalium Dominam, sanctissimam Deiparam ».[18]

Reginae autem dignitatem pluries Mariae Virgini attribuit S. Andreas Cretensis; haec enim, exempli gratia, scribit: « Matrem suam semper Virginem, e cuius utero, ipse Deus exsistens, humanam induit formam, hodierna die ceu Reginam humani generis, a terrenis sedibus transfert ».[19] Et alio loco: « Regina totius humani generis, nuncupationem cum usu sinceram retinens, quae, uno excepto Deo, rebus omnibus excelsior ».[20]

Itemque S. Germanus humilem Virginem hisce verbis alloquitur: « Sede, Domina, decet enim, Regina cum sis et prae omnibus regibus gloriosa, sublimi loco sedere »;[21] eamque vocat: « terrigenarum omnium Dominam ».[22]

A Sancto autem Ioanne Damasceno nuncupatur: « Regina,

[15] S. Hieronymus, *Liber de nominibus hebraeis: P. L.* XXIII, 886.

[16] S. Petrus Chrysologus, Sermo 142, *De Annuntiatione B. M. V.: P. L.* LII, 579 C; cfr. etiam 582 B; 584 A: « Regina totius exstitit castitatis ».

[17] *Relatio Epiphanii Ep. Constantin.: P. L.* LXIII, 498 D.

[18] *Encomium in Dormitionem Ssmae Deiparae* (inter opera S. Modesti): *P. G* LXXXVI, 3306 B.

[19] S. Andreas Cretensis, *Homilia II in Dormitionem Ssmae Deiparae: P. G.* XCVII, 1079 B.

[20] Id., *Homilia III in Dormitionem Ssmae Deiparae: P. G.* XCVII, 1099 A.

[21] S. Germanus, *In Praesentationem Ssmae Deiparae*, I: *P. G.* XCVIII, 303 A.

[22] Id., *In Praesentationem Ssmae Deiparae*, II: *P. G.* XCVIII, 315 C.

hera, Domina »,[23] atque etiam: « omnis creaturae Domina »;[24] et ab antiquo quodam Ecclesiae Occidentalis scriptore vocatur: « felix Regina », « iuxta Genitum Regem Regina perennis », cuius « caput niveum ornatur diademate fulvo ».[25]

Ac denique S. Ildefonsus Toletanus omnes fere honoris titulos hac salutatione complectitur: « O Domina mea, dominatrix mea; dominans mihi, Mater Domini mei. ... Domina inter ancillas, Regina inter sorores ».[26]

Ex his aliisque paene innumeris testimoniis, antiquitus traditis, Ecclesiae theologi eiusmodi doctrinam haurientes, Beatissimam Virginem appellarunt rerum omnium creatarum Reginam, mundi Reginam, universorumque Dominam.

Summi autem Ecclesiae Pastores officii sui esse duxerunt christiani populi pietatem erga caelestem Matrem ac Reginam suis laudibus hortationibusque probare ac provehere. Itaque, ut recentiorum Pontificum documenta silentio praetereamus, haec in memoriam revocare iuvat: septimo nempe iam saeculo Decessorem Nostrum S. Martinum I Mariam appellavisse « Dominam nostram gloriosam, semper Virginem »;[27] S. Agathonem vero in epistula synodali, ad Patres Concilii Oecumenici sexti missa, eam dixisse « Dominam nostram, vere et proprie Dei Genetricem »;[28] ac saeculo octavo Gregorium II, in epistula ad S. Germanum Patriarcham data, et in septimo Concilio Oecumenico, Patribus omnibus conclamantibus lecta, Deiparam vocasse: « omnium Dominam ac veram Dei matrem », itemque « omnium Christianorum Dominam ».[29]

Haec praeterea memorare libet: cum Decessor Noster imm. rec. Xystus IV favorabili animo doctrinam illam attigit de im-

[23] S. Ioannes Damascenus, *Homilia I in Dormitionem B. M. V.*: *P. G.* XCVI, 719 A.

[24] Id., *De fide orthodoxa*, I, IV, c. 14: *P. G.* XLIV, 1158 B.

[25] *De laudibus Mariae* (inter opera Venantii Fortunati): *P. L.* LXXXVIII, 282 B et 283 A.

[26] Ildefonsus Toletanus, *De virginitate perpetua B. M. V.*: *P. L.* XCVI, 58 AD.

[27] S. Martinus I, *Epist.* XIV: *P. L.* LXXXVII, 199-200 A.

[28] S. Agatho: *P. L.* LXXXVII, 1221 A.

[29] Hardouin, *Acta Conciliorum*, IV, 234; 238: *P. L.* LXXXIX, 508 B.

maculato Beatae Virginis conceptu, Apostolicas Litteras « Cum praeexcelsa »[30] ab hisce verbis exorsum esse, quibus Maria « Regina » nuncupatur, « quae pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit ». Quod pari modo Benedictus XIV asseveravit in Apostolicis suis Litteris « Gloriosae Dominae » in quibus Maria « Regina caeli et terrae » vocatur, eique Supremum Regem quodammodo suum tradidisse asseritur imperium.[31]

Quapropter S. Alfonsus De Ligorio omnia superiorum saeculorum testimonia amplexus, haec piissime scribit: « Quoniam Maria Virgo ad tam excelsam dignitatem evecta fuit, ut regum Regis Mater esset, idcirco iure meritoque Ecclesia eam Reginae titulo decoravit ».[32]

II

Sacra vero liturgia, quae doctrinae a maioribus traditae et a christiano populo creditae est veluti fidele speculum, per omnis aetatis decursum, sive in Oriente, sive in Occidente, caelestis Reginae laudes cecinit perenniterque canit.

Insonant quidem ex Oriente fervidae voces: « O Dei Genetrix, hodie in caelum translata es Cherubim curribus, Tibique Seraphim ministrant, atque caelestis militiae agmina coram Te procumbunt ».[33]

Atque etiam: « O iuste, beatissime (Ioseph), cum ex regali progenie ortus sis, ex omnibus delectus es sponsus Reginae purae, quae Iesum Regem ineffabiliter pariet ». Itemque:[34] « Hymnum fundam Matri Reginae, ad quam cum gaudio celebraturus accedam, ut eius mirabilia laetus canam... O Domina, lingua nostra te digne laudare nequit; quia Tu, quae Christum Regem genuisti, supra Seraphim exaltata es... Salve, o Regina mundi, salve o Maria, omnium nostrum Domina ».[35]

[30] Xystus IV, Bulla *Cum praeexcelsa*, d. d. 28 Febr. a. 1476.
[31] Benedictus XIV, Bulla *Gloriosae Dominae*, d. d. 27 Sept. a. 1748.
[32] S. Alfonso, *Le glorie di Maria*, p. I, c. I, § 1.
[33] Ex liturgia Armenorum: in festo Assumptionis, hymnus ad Matutinum.
[34] Ex *Menaeo* (byzantino): Dominica post Natalem, in Canone, ad Matutinum.
[35] Officium hymni Ἀκάθιστος (in ritu byzantino).

In « Missali » autem Aethiopico legimus: « O Maria, centrum totius mundi, ... Tu maior es quam Cherubim multis oculis praediti, et Seraphim sex alis ornati. ... Caelum et terra omnino plena est sanctitatis gloriae tuae ».[36]

Concinit autem Ecclesia latina vetustam illam ac dulcissimam precationem, quae « Salve Regina » nuncupatur, et iucundas antiphonas « Ave, Regina coelorum », « Regina coeli laetare », et eas pariter, quae in Beatae Mariae Virginis festis recitari solent: « Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate »;[37] « Teque Reginam celebrat potentem terra polusque »;[38] « Hodie Maria Virgo caelos ascendit: gaudete quia cum Christo regnat in aeternum ».[39]

Quibus quidem praeter alia addendae sunt Litaniae Lauretanae, quae populo christiano Mariam Reginam identidem invocandam cotidie suadent. Atque etiam Mariae imperium, quod caelum terramque complectitur, iam a multis elapsis saeculis christiani meditari solent, quintum memoria recolentes gloriosum mysterium Marialis Rosarii, quod potest caelestis Reginae mystica appellari corona.

Ars denique, quae christianis principiis innititur, eorumque permovetur afflatu, utpote quae ingenuam sponteque editam christifidelium pietatem fideliter interpretetur, inde ab Ephesino Concilio, ut Reginam et Imperatricem Mariam effingit, regio in solio sedentem, regalibus ornatam insignibus, diademate redimitam, atque Angelorum Sanctorumque Caelitum circumfusam cohorte, quippe quae non modo in naturae res ac vires dominetur, sed in pravos quoque Satanae impulsus. Iconographia, ad regiam etiam Beatae Virginis Mariae dignitatem quod attinet, operibus, summo pulcherrimoque artificio factis, quovis tempore ditata est; atque eo usque processit ut divinum Re-

[36] *Missale Aethiopicum*, Anaphora Dominae nostrae Mariae, Matris Dei.
[37] *Brev. Rom.*, Versiculus sexti Respons.
[38] Festum Assumptionis; hymnus Laudum.
[39] Ibidem, ad Magnificat II Vesp.

demptorem nostrum, fulgenti corona Matrem suam redimientem, coloribus redderet.

Eiusmodi populari pietati obsecundantes, Romani Pontifices saepenumero Deiparae Virginis imagines, publica iam veneratione insignes, vel propriis ipsi manibus, vel per sacros ab se delegatos Antistites, diademate decorarunt.

III

Ut iam supra attigimus, Venerabiles Fratres, cum ex documentis antiquitus a maioribus traditis, tum ex sacra Liturgia, praecipuum, quo regalis Mariae dignitas innititur, principium procul dubio est divina eius maternitas. Quandoquidem enim in Sacris Litteris de Filio, quem Virgo concipiet, haec sententia legitur: « Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in aeternum et regni eius non erit finis »,[40] ac praeterea Maria « Mater Domini »,[41] nuncupatur, inde facile eruitur ipsam quoque esse Reginam, quippe quae Filium genuerit, qui eodem momento quo conceptus est, propter hypostaticam humanae naturae cum Verbo unionem, Rex, etiam ut homo, erat et rerum omnium Dominus. Itaque iure meritoque S. Ioannes Damascenus haec scribere potuit: « Vere omnis creaturae Domina facta est cum Creatoris Mater exstitit »;[42] parique modo affirmari potest primum, qui regium Mariae munus caelesti ore nuntiavit, ipsum fuisse Gabrielem Archangelum.

Attamen Beatissima Virgo Maria non tantum ob divinam suam maternitatem Regina est dicenda, sed etiam quia ex Dei voluntate in aeternae salutis nostrae opere eximias habuit partes. « Quid possit iucundius nobis suaviusque ad cogitandum accidere — ut Decessor Noster fel. rec. Pius XI scribebat — quam Christum nobis iure non tantum nativo, sed etiam acqui-

[40] Luc. I, 32, 33.
[41] Ibid. I, 43.
[42] S. Ioannes Damascenus, *De fide orthodoxa*, l. IV, c. 14: *P. G.* XCIV, 1158 B.

sito, scilicet Redemptionis imperare? Servatori enim nostro quanti steterimus obliviosi utinam homines recolant omnes: " non corruptibilibus auro vel argento redempti estis,... sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi et incontaminati ".[43] Iam nostri non sumus, cum Christus " pretio magno "[44] nos emerit ».[45]

Iamvero in hoc perficiendo redemptionis opere Beatissima Virgo Maria profecto fuit cum Christo intime consociata; merito igitur in Sacra Liturgia canitur: « Stabat Sancta Maria Caeli Regina et mundi Domina iuxta crucem Domini Nostri Iesu Christi dolorosa ».[46] Quapropter, ut iam media aetate piissimus S. Anselmi discipulus scribebat, « sicut ... Deus sua potentia parando cuncta, pater est et Dominus omnium, ita Beata Maria suis meritis cuncta reparando, Mater est et Domina rerum; Deus enim est Dominus omnium, singula in sua natura propria iussione constituendo, et Maria est Domina rerum, singula congenitae dignitati per illam, quam meruit gratiam, restituendo ».[47] Etenim, « sicut Christus, eo quod nos redemit, speciali titulo Dominus est ac Rex noster, ita et Beata Virgo, propter singularem modum, quo ad nostram redemptionem concurrit, et substantiam suam ministrando, et illum pro nobis voluntarie offerendo, nostramque salutem singulariter desiderando, petendo, procurando ».[48]

Quibus ex rationibus huiusmodi argumentum eruitur: si Maria, in spirituali procuranda salute, cum Iesu Christo, ipsius salutis principio, ex Dei placito sociata fuit, et quidem simili quodam modo, quo Heva fuit cum Adam, mortis principio, consociata, ita ut asseverari possit nostrae salutis opus, secundum quandam « recapitulationem »[49] peractum fuisse, in qua genus

[43] *I Petr.* I, 18, 19.
[44] *I Cor.* VI, 20.
[45] Pius XI, Litt. Enc. *Quas primas: A. A. S.* XVII, 1925, p. 599.
[46] Festum septem dolorum B. Mariae Virg., Tractus.
[47] Eadmerus, *De excellentia Virginis Mariae*, c. 11: *P. L.* CLIX, 508 AB.
[48] F. Suarez, *De mysteriis vitae Christi*, disp. XXII, sect. II (ed. Vivès, XIX, 327).
[49] S. Irenaeus, *Adv. haer.*, V, 19, 1: *P. G.* VII, 1175 B.

humanum, sicut per virginem morti adstrictum fuit, ita per virginem salvatur; si praeterea asseverari itidem potest hanc gloriosissimam Dominam ideo fuisse Christi matrem delectam « ut redimendi generis humani consors efficeretur »,[50] et si reapse « ipsa fuit quae vel propriae vel hereditariae labis expers, arctissime semper cum Filio suo coniuncta, eundem in Golgotha, una cum maternorum iurium maternique amoris sui holocausto, nova veluti Heva, pro omnibus Adae filiis, miserando eius lapsu foedatis, aeterno Patri obtulit »;[51] inde procul dubio concludere licet, quemadmodum Christus, novus Adam, non tantum quia Dei Filius est, Rex dici debet, sed etiam quia Redemptor est noster, ita quodam analogiae modo, Beatissimam Virginem esse Reginam non tantummodo quia mater Dei est, verum etiam quod nova veluti Heva cum novo Adam consociata fuit.

Iamvero plena, propria et absoluta significatione, unus Iesus Christus, Deus et homo, Rex est; attamen Maria quoque, quamvis temperato modo et analogiae ratione, utpote Christi Dei mater, socia in divini Redemptoris opera, et in eius cum hostibus pugna in eiusque super omnes adepta victoria, regalem participat dignitatem. Ex hac enim cum Christo Rege coniunctione splendorem celsitudinemque attingit, qua creatarum rerum omnium excellentiam exsuperat; ex hac cum Christo coniunctione regalis facultas oritur, qua ipsa potest Divini Redemptoris Regni dispensare thesauros; ex hac denique cum Christo coniunctione materni eius patrocinii apud Filium et Patrem elicitur exhausta numquam efficacia.

Nullum igitur dubium est Mariam Sanctissimam dignitate sua super omnes res creatas excellere itemque super omnes post Filium suum obtinere primatum. « Tu denique — ita S. Sophronius — omnem creaturam longe transgressa es ... quid sublimius esse queat hoc gaudio, o Virgo Mater? Seu quid excellen-

[50] Pius XI, Epist. *Auspicatus profecto: A. A. S.* XXV, 1933, p. 80.
[51] Pius XII, Litt. Enc. *Mystici Corporis: A. A. S.* XXXV, 1943, p. 247.

tius esse possit hac gratia, quam tu sola divinitus sortita es?».[52] Cui praeconio hanc laudem S. Germanus adiungit: « Superat creata omnia tuus honor et dignitas; prae angelis maior excellentia tua ».[53] Ac S. Ioannes Damascenus eo usque procedit, ut in hanc exeat sententiam: « Infinitum Dei servorum ac Matris discrimen est ».[54]

Ad hunc excellentissimum intellegendum dignitatis gradum, quem Deiparens super creata omnia adepta est, considerare iuvat Sanctam Dei Genetricem iam in primo temporis momento, quo concepta fuit, tali gratiarum abundantia repletam fuisse, ut Sanctorum omnium gratiam superaret. Quapropter — ut Decessor Noster fel. rec. Pius IX in Litteris Apostolicis scripsit — ineffabilis Deus « illam longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque Sanctos, caelestium omnium charismatum copia de thesauro divinitatis deprompta ita mirifice cumulavit, ut ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta, eam innocentiae et sanctitatis plenitudinem prae se ferret, qua maior sub Deo nullatenus intelligitur et quam praeter Deum nemo assequi cogitando potest ».[55]

Praeterea Beata Virgo non solummodo supremum, post Christum, excellentiae ac perfectionis gradum obtinuit, verum etiam aliquam illius efficacitatis participationem, qua eius Filius ac Redemptor noster in mentes et in voluntates hominum regnare iure meritoque dicitur. Si enim Verbum per Humanitatem assumptam miracula patrat et gratiam infundit, si Sacramentis, si Sanctis suis tamquam instrumentis utitur ad animorum salutem, cur Matris suae Sanctissimae munere et opere non utatur ad Redemptionis fructus nobis impertiendos? « Maternum sane — ita idem Decessor Noster imm. mem. Pius IX — in nos

[52] S. Sophronius, *In Annuntiationem Beatae Mariae Virginis: P. G.* LXXXVII, 3238 D; 3242 A.

[53] S. Germanus, *Hom. II in Dormitionem Beatae Mariae Virginis: P. G.* XCVIII, 354 B.

[54] S. Ioannes Damascenus, *Hom. I in Dormitionem Beatae Mariae Virginis: P. G.* XCVI, 715 A.

[55] Pius IX, Bulla *Ineffabilis Deus: Acta Pii IX*, I, p. 597-598.

gerens animum nostraeque salutis negotia tractans, de universo humano genere est sollicita, caeli terraeque Regina a Domino constituta, ac super omnes Angelorum choros Sanctorumque Caelitum ordines exaltata, adstans a dexteris unigeniti Filii sui Domini Nostri Iesu Christi, maternis suis precibus validissime impetrat, et quod quaerit invenit, ac frustrari non potest ».[56] Quam ad rem alius Decessor Noster fel. rec. Leo XIII edixit Beatissimae Virgini Mariae in gratiarum largitione concessam esse « paene immensam » potestatem;[57] ac S. Pius X adiungit Mariam hoc munus obire « veluti materno iure ».[58]

Glorientur itaque omnes christifideles se Deiparae Virginis imperio subici, quae et regali gaudet potestate et materno flagrat amore.

In his tamen aliisve quaestionibus ad Beatam Virginem spectantibus, curent theologi ac divini verbi praecones ut quasdam e recto itinere aberrationes devitent, ne in duplicis generis errores inducantur; caveant nempe et sententias fundamento carentes ac veritatem quadam verborum superlatione excedentes; et nimiam mentis angustiam in singulari illa, omnino excelsa, immo fere divina Deiparae dignitate consideranda, quam quidem Doctor Angelicus eidem agnoscendam esse docet « ex bono infinito quod est Deus ».[59]

Ceteroquin hoc etiam in christianae doctrinae capite, sicut in aliis, « proxima et universalis veritatis norma » vivum Ecclesiae Magisterium omnibus prostat, quod Christus constituit « ad ea quoque illustranda et enucleanda quae in fidei deposito nonnisi obscure ac veluti implicite continentur ».[60]

[56] Ibid. p. 618.

[57] Leo XIII, Litt. Enc. *Adiutricem populi: A. S. S.*, XXVIII, 1895-1896, p. 130.

[58] Pius X, Litt. Enc. *Ad diem illum: A. S. S.* XXXVI, 1903-1904, p. 455.

[59] S. Thomas, *Summa Theol.*, I, q. 25, a. 6, ad 4.

[60] Pius XII, Litt. Enc. *Humani generis: A. A. S.*, XLII, 1950, p. 569.

IV

E christianae igitur vetustatis monumentis, e liturgicis precibus, ex indito christiano populo religionis sensu, ex operibus arte confectis, undique collegimus voces quae asserunt Deiparam Virginem regali dignitate praestare; rationes etiam quas S. Theologia ex divinae fidei thesauro deducendo astruit eandem veritatem prorsus confirmare arguimus. Tot ex allatis testimoniis quasi latissime resonans concentus efficitur qui extollit regii honoris praecelsum fastigium Dei hominumque Matris, cui cuncta creata subsunt, quae est « exaltata super choros angelorum ad caelestia regna ».[61]

Cum vero, maturo ponderatoque consilio, persuasum Nobis habeamus magna oritura esse Ecclesiae emolumenta, si quasi in suo candelabro rutilantior lucerna posita, illa solide probata veritas manifestior omnibus refulgeat, Apostolica Nostra Potestate decernimus et instituimus festum Mariae Reginae, quod toto terrarum orbe quotannis die XXXI mensis Maii est celebrandum. Itemque id iubemus ut eodem die humani generis consecratio Immaculato Cordi Beatae Virginis Mariae iteretur. In hoc enim magna spes nititur, fore ut felix oriatur aevum, religionis triumpho et christiana pace serenum.

Quapropter videant omnes ut, ad solium miserationis et gratiae Reginae et Matris nostrae petituri opem in adversis rebus, lucem in tenebris, solacium in moerore ac fletu, accedant maiore quam antea nunc fiducia freti; et quod praecipuum est, contendant ut ex peccati servitute sese eripiant, atque tantae Matris regali sceptro, fragranti filiorum immixtum pietati, indeclinabile exhibeant obsequium. Populorum multitudine eius frequententur templa, celebrentur festa; precatoria eius corona omnium in manibus versetur; atque in sacris aedibus, in domibus, in valetudinariis, in vinculis publicis, ad eius concinendas laudes vel paucorum christifidelium coetus, vel conferta

[61] Ex *Brev. Rom.*: Festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis.

agmina consociet. Summo in honore sit Mariae nomen, quod nectare dulcius et gemma quavis pretiosius est; ne quispiam in ipsum, tanta maiestate decorum et materna gratia venerabile, exsecranda verba coniciat, quod quidem foedi animi indicium est; neve aliquid debita reverentia carens proferre audeat.

Caelestis Reginae nostraeque Matris amantissimae excelsas virtutes contendant omnes, pro sua cuiusque condicione, suos in animos suosque in mores vigili actuosoque studio referre. Inde enim consequetur ut qui christiano nomine censentur, tantam colentes imitantesque Reginam ac Parentem, tandem haud fallacis nominis fratres se sentiant, ac pertaesi invidias et nimium habendi cupiditates, socialem amorem provehant, tenuium iura vereantur, pacem diligant. Neve igitur quisquam se putet Mariae filium, facile in eius praesentissimam tutelam accipiendum, nisi ad eius exemplar iustum, mitem et castum se praestiterit, et verae notae fraternitatis studium non laedendo et nocendo, immo iuvando et solando, contulerit.

Sunt in nonnullis orbis terrarum regionibus qui ob christianum nomen per iniuriam vexantur atque divinis humanisque libertatis iuribus destituuntur; quae ad arcenda mala nihil adhuc valent iustissimae expostulationes atque iteratae querelae. Ad insontes afflictosque filios convertat misericordes oculos suos, quorum lumen tempestates nimbosque serenando depellit, potens rerum aevorumque Domina, quae novit virginei pondere pedis pacare proterva; atque illis haud sero concedat ut libertate tandem debita fruentes, publica religionis officia obire queant; atque dum Evangelii causae inserviunt, concordi opera et egregiis virtutibus, quae inter dura in exemplum fulgent, terrestrium quoque civitatum robori et incrementis prosint.

Opinamur etiam id, quod per Encyclicas has Litteras instituimus festum, quo luculentius omnes agnoscant ac studiosius venerentur Deiparae clemens maternumque imperium, multum ad id conferre posse ut gentium pax, quam res anxietatis plenae cotidie fere conturbant, servetur, solidetur, perennet. Nonne ea arcus est ad Deum positus in nubibus, paciferi foe-

deris signum?[62] « Vide arcum, et benedic eum qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo: gyravit caelum in circuitu gloriae suae, manus Excelsi aperuerunt illum ».[63] Quisquis igitur est qui caelestium hominumque Dominam colit, — nemo autem se solutum arbitretur ab hoc impendendo grati amantisque animi tributo — praesentissimam invocet Reginam, sequestram pacis; in honore habeat, ac tueatur pacem, quae minime est impunita nequitia, minime infrenata libertas, sed sub divinae voluntatis nutu et imperio bene ordinata concordia; ad quam tegendam et augendam materna Mariae Virginis hortamina et iussa impellunt.

Plurimum cum optemus, ut Regina Materque Christiani populi haec vota nostra suscipiat et sua hilaret pace concussas odiis terras, et nobis omnibus Iesum post hoc exsilium ostendat, qui erit pax et gaudium nostrum perpetuum; vobis, Venerabiles Fratres, et gregibus vestris, omnipotentis Dei auxilii auspicem, nostraeque caritatis testem, apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in Festo Maternitatis Beatae Mariae Virginis, die XI mensis Octobris anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

[62] Cfr. *Gen.* IX, 13.
[63] *Eccli.* XLIII, 12-13.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MANIZALENSIS

IN COLUMBIANA REPUBLICA NOVA ERIGITUR ECCLESIASTICA PROVINCIA, QUAE, A MANIZALENSI EPISCOPALI SEDE, AD METROPOLITANAE ECCLESIAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHENDA, MANIZALENSIS NUNCUPABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ob arduum, quod divinitus accepimus officium, Ecclesias omnes, quotquot in terrarum orbe sunt, regendi ac gubernandi, Nostrum est maxima cum diligentia disponere ut singularum Ecclesiarum, quae longe lateque per universum terrarum orbem diffusae sunt, ordinationi et administrationi ita prospiciatur, ut Christiana res magis magisque floreat. Quod nunc Nobis agendum esse videtur de Manizalensi dioecesi, quae est in Columbiana Republica posita. Haec enim ut ad dignitatem et honorem archiepiscopalis Sedis Metropolitanae eveheretur et ut in regione quam in vulgus Caldas appellant nova Provincia ecclesiastica constitueretur ab hac Apostolica Sede postulaverunt venerabiles Fratres Iesus Martínez Vargas, Episcopus Armeniensis, et Balthassar Alvarez Restrepo, Episcopus Pereiranus. Qua de re Nos, de sententia venerabilis Fratris Pauli Bertoli, Archiepiscopi titulo Nicomediensis eiusdemque Apostolici in Columbiana Republica Nuntii; itemque de sententia dilecti Filii Nostri Chrisanthi S. R. E. Cardinalis Luque, Archiepiscopi Bogotensis et venerabilis Fratris Ioachimi García et Benítez, Archiepiscopi Medellensis, ac denique eorum, quorum interest vel interesse possit, consensum supplentes: re mature perpensa, suprema apostolica Nostra potestate haec, quae sequuntur, decernimus. Manizalensem Sedem ad archiepiscopalis Ecclesiae Metropolitanae gradum et dignitatem evehimus, eique, igitur, eadem tribuimus iura et onera, quae sunt ceterarum eiusdem dignitatis Ecclesiarum propria. Simili modo eius Praesulibus iura tribuimus, privilegia, onera et

obligationes, quae solent et aliis Metropolitis competere. In quorum Praesulum iuribus potestas etiam erit ferendae ante se Crucis, intra suae dioecesis fines, et pallio utendi, cum illud in Sacro Consistorio expostulatum et obtentum fuerit. Quae omnia propterea nunc primum tribuuntur venerabili Fratri Aloisio Concha, qui adhuc summa cum laude Manizalensem Ecclesiam rexit, quemque Nostris hisce Litteris ad Archiepiscopatus honorem ac dignitatem perducimus et ita erectae Ecclesiae Manizalensi Archiepiscopum praeficimus et Pastorem. A metropolitico autem iure Archiepiscopi Medellensis dioeceses Armeniensem et Pereiranam harumque Sacrorum Antistites pro tempore exsistentes eximimus atque memorati Manizalensis Archiepiscopi metropolitico iuri perpetuo subicimus ad normam iuris communis. Novam igitur ecclesiasticam Manizalensem Provinciam, una cum eiusdem nominis archidioecesi, Armeniensis et Pereirana dioeceses, tamquam suffraganeae, constituent. Novae autem huius ecclesiasticae Provinciae fines iidem erunt, qui omnium dioecesium, quibus exinde constat. Proinde Medellensis ecclesiastica Provincia quattuor in posterum dioecesibus constabit: Medellensi, scilicet, Antioquiensi, Iericoënsi et Sanctae Rosae de Osos. Haec autem omnia, quae supra statuimus, venerabilis Frater Paulus Bertoli, Archiepiscopus titulo Nicomediensis idemque in Columbia Apostolicus Nuntius exsequenda curabit vel is qui eo tempore, quo haec decreta exsecutioni mandabuntur, Nuntiaturae Columbianae praeerit; quos propterea omnibus necessariis vel opportunis facultatibus instructos volumus, etiam alii cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandis, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Oneri erit praeterea eidem venerabili Fratri peractae exsecutionis documenta conficere eorumque fide digna exemplaria, cum primum poterit, ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittere.

Has vero Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus obtinere atque ab omnibus ad quos spectat observari volumus ac decernimus. Quod si quis super his a quolibet, quavis auctoritate, sciens vel insciens contigerit attentari, id prorsus irritum erit et inane, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Nemini vero haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive impressis typis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae decreta Nostra in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat

se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

✠ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., tab. LXXXVIII, n. 69.

II

CALABOCENSIS - S. CHRISTOPHORI IN VENEZUELA (S. FERDINANDI APURENSIS)

A DIOECESIBUS CALABOCENSI ET S. CHRISTOPHORI IN VENEZUELA PARS SEPARATUR ET IN NOVAM ERIGITUR PRAELATURAM « NULLIUS DIOECESIS », QUAE S. FERDINANDI APURENSIS NUNCUPABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Providentissimo Redemptoris consilio ducti, qui ad omnes regiones et populos evangelicae nuntios veritatis mitti voluit, Nos, eius hisce in terris gerentes vices, sollicito curamus studio ut sancta Ecclesia magis magisque dilatetur omnesque homines fidenter amplectatur. Qua de re, libentissime cedendum esse putamus precibus venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi titulo Caesariensis Philippi et in Venetiolana Republica Apostolici Nuntii, qui, ut religiosae fidelium curationi in regione vulgo « Apure » degentium aptius consuleretur, una cum civili auctoritate ab hac Romana Sede postulavit ut post certa distracta territoria e dioecesibus Calabocensi et S. Christophori in Venezuela, nova in eadem regione Praelatura « nullius dioecesis » erigere-

tur. Sententia igitur audita venerabilium Fratrum Antonii Ignatii Camargo, Calabocensis Episcopi, atque Alexandri Fernández-Feo Tinoco, Episcopi S. Christophori; consensu praeterea eorum omnium suppleto, quorum haec intersint; post rem attentissima, qua par erat, diligentia consideratam, et certa ideo scientia eorum quae decreturi sumus, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus. A Calabocensi dioecesi territorium separamus, quod civiles districtus, a populo « Achaguas », « Muñoz » et « San Fernando » appellatos, complectitur; item ex Ecclesia S. Christophori in Venezuela eam partem seiungimus quae finibus civilis districtus vulgo « Páez » terminatur; quas diductas regiones, in territorium totius Status de « Apure » patentes, in novae Praelaturae « nullius dioecesis » formam redigimus, *Sancti Ferdinandi Apurensis* appellandae. Cuius novae Praelaturae sedem in urbe Sancti Ferdinandi statuimus atque curiale templum, ibidem S. Ferdinando Regi sacrum, ea dignitate, honore privilegiisque decoramus, quibus omnes exornantur per terrarum orbem praelatitiae aedes; atque eius pariter pro tempore Praesules iisdem iuribus praeditos volumus iisdemque oneribus obstrictos, quae Praelatis « nullius dioecesis » sunt propria. Hanc praeterea S. Ferdinandi Apurensis Praelaturam suffraganeam facimus metropolitanae Ecclesiae Caracensi, eiusdemque Praelatos Archiepiscopo metropolitae Caracensi subicimus. Cum autem provida mater Ecclesia sollertissime curet ut iuvenes, qui divino quodam instinctu ad sacrum contendunt sacerdotium, omni instituantur diligentia, volumus ut seminarium saltem elementarium quam primum erigatur, ad normam tamen sacrorum canonum et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito statutas, ex quo aptissimi quique iuvenes eligantur Romamque mittantur ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano philosophiae ac theologiae studiis ingenium expoliant suum. Mensam vero praelatitiam, quam vocant, constituent sive bona quae e partitione bonorum episcopalium mensarum Calabocensis et S. Christophori in Venezuela novae huic obvenient Praelaturae, sive Curiae emolumenta, si qua sint, sive denique a fidelibus oblata dona; quod tamen spectat ad bonorum divisionem, diligenter serventur iussa canonis 1500, Iure Canonico descripta. Quod pariter attinet ad Praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, ea iubemus quae Iure Canonico statuuntur; et simul ac hae Litterae Nostrae suum obtinuerint effectum, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur ascripti, in cuius finibus legitime degunt. Iubemus denique ut omnia documenta et acta quae ad hanc

Praelaturam quavis ratione respiciant, ab episcopalibus Curiis Calabocensi et S. Christophori in Venezuela quam primum mittantur ad eiusdem Praelaturae Curiam, in cuius tabulario posthac servabuntur. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris praecipimus ad rem adducantur, venerabilem, quem supra diximus, Fratrem Armandum Lombardi deligimus, vel eum qui, eo tempore quo haec decreta fient, Venetiolanae praeerit Nuntiaturae, cui propterea necessarias ad id potestates damus, cuilibet subdelegandas viro, qui tamen ecclesiastica dignitate sit praeditus. Iubemus praeterea ut hoc confectum negotium in acta referatur, quorum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die septimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

Pro S. R. E. Card. S. Congr. Consistorialis a Secretis
✠ IOSEPHUS Card. PIZZARDO

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., Vol. LXXXVIII, n. 94.

III

BANGUENSIS
(BANGASSUENSIS)

AB APOSTOLICO BANGUENSI VICARIATU QUAEDAM TERRITORII PARS SEPARATUR EX QUA NOVA EFFICITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, « BANGASSUENSIS » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum pro certo habeamus Ecclesiae sanctae commodis aptius provideri posse si labores inter plures dividantur sacros Pastores, Nobis opportunum videtur, cum res id postulet, latius patentia territoria, supremae Nostrae subiecta auctoritati, partiri ac novas exinde condere Sedes. Quo Nos ducti consilio, cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Fidei Propagandae praepositis visum sit in Africa Aequatoriali Gallica Christi religionis incrementis satius prospici, si Apostolici Banguensis Vicariatus, qui nimis late patet, peracta divisione, nova erigatur Apostolica Praefectura, libentissime probamus ac confirmamus quod de hac re idem S. Consilium Christianae Fidei Propagandae faciendum esse censuit. Audita igitur sententia venerabilis Fratris Marcelli Lefebvre, Archiepiscopi titulo Arcadiopolitani, in Europa, atque Apostolici in Africa Gallica Delegati; re attentissimo animo considerata atque propterea certa scientia eorum quae acturi sumus; consensum pariter supplentes eorum quorum res quavis intersit ratione, de suprema et apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus ac statuimus. Ab Apostolico Banguensi Vicariatu totum territorium distrahimus duarum regionum civilium, quarum nomina vulgo « Basse-Kotto » et « Mbomou », quaeque districtus civiles vulgo « Mobaye », « Alindao », « Kembe », « Bangassou », « Ouango », « Bakouma », « Rafay », « Zemio » atque « Obo » complectuntur. Quibus regionibus Apostolicam Praefecturam erigimus et constituimus, quae posthac *Bangassuensis* nuncupabitur; cuius fines iidem erunt ac territoriorum de quibus mentionem fecimus. Eam vero regendam tradimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum, Sodalibus a Sancto Spiritu, qui iam ibi sollerter allaborant. Novae Apostolicae Bangassuensi Praefecturae eiusque pro tempore Praesulibus omnia concedimus iura, privilegia et honores, quibus ceterae Praefecturae earumque Praesules per

terrarum orbem fruuntur; quos tamen volumus iis etiam oneribus atque officiis obstrictos, quibus ceteri onerantur. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris iubemus efficiantur, venerabilem Fratrem Marcellum Lefebvre deligimus vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur Apostolicae in Africa Gallica Delegationi praeerit; cui vero contigerit hoc exsequendum opus, illi necessarias ad id potestates facimus cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro qui ecclesiastica dignitate polleat. Praecipimus vero ut confectum negotium in acta referatur, quorum fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderentur. Qua Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXVIII, n. 96.

IV

HUELVENSIS

IN CATHEDRALI TEMPLO HUELVENSI CANONICORUM COLLEGIUM CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum sit proprium Ecclesiae non modo hominibus, errore deceptis, suavissimae veritatis lumen ostendere, verum etiam altissimi Dei honorem omnimodis quaerere et promovere, Nos, qui divina voluntate ad verticem sacerdotalis imperii evecti sumus, nihil antiquius habemus quam curare ut in Ecclesia sancta ii sacerdotum coetus constituantur et floreant quibus propositum est sive maiestatem divini cultus augere, sive Episcopis opera et consilio in gravioribus dioecesis negotiis adesse. Qua de re, cum venerabilis Frater Petrus Cantero Cuadrado, Episcopus Huelvensis, enixe postulaverit ab hac Apostolica Sede ut in sua dioecesi Canonicorum Collegium conderetur, Nos magna spe fore id et Huelvensi Ecclesiae decori et Episcopo utilitati, libentissimo animo exhibitis precibus concedimus. Id igitur ratum habentes et confirmantes quod S. Congregatio Consistorialis, audito consilio venerabilis Fratris Hildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi titulo Synnadensis in Phrygia, eiusdemque in Hispania Apostolici Nuntii, censuerit esse faciendum; consensum insuper eorum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris se arbitrentur habere; re mature considerata, de apostolica Nostra potestate ea quae sequuntur statuimus et decernimus. In cathedrali templo Huelvensi Canonicorum Collegium his Litteris constituimus. Cui, uti par est, omnia concedimus iura, honores, potestates, privilegia, quae ad normam iuris communis et ceteris eiusdem dignitatis coetibus tribuuntur; volumus tamen idem Collegium iisdem quoque oneribus et obligationibus teneri. Huelvense Collegium Canonicorum quinque constabit Dignitatibus, quae dicuntur, decano videlicet, archipresbytero, archidia-

cono, cantore et magistro scholae; et quattuor Canonicis, de officio nuncupatis, quorum alter munere theologi fungetur, alter expiandis populi admissis deputabitur, ad normas iuris communis; septem tandem aliis Canonicis. Cum tamen oporteat eos qui in Episcopi senatum adsciscuntur a ceteris discriminari, concedimus ut Dignitates et Canonici tamquam vestes chorales deferant: pileolum et biretum viridi ornatum flocculo, ac lineum amiculum manicatum, quod nominatur rochetum; aestivo vero tempore, mozetam rubri coloris cum cucullo pariter rubro; hiemali autem, cappam magnam nigri coloris rubro colore subsutam et rubris ocellis fibulisque distinctam. Quod ad divina officia peragenda spectat, volumus ut ea persolvantur ad Codicis Iuris Canonici normam. Dignitatum assignatio ab una Sede Apostolica fiet; ceterorum vero Canonicatuum ab Episcopo Huelvensi, salvis tamen iis praescriptis quae sive Codice I. C. continentur sive Conventione, inita inter S. Sedem et Hispanicam Nationem die decimo sexto mensis Iulii anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto. Canonicorum autem beneficia, seu praebendae, ea pecunia seu dote constituentur, quae a civili potestate assignabitur. Cum denique Consultores dioecesani loco Canonicorum electi sint, patet eos, electo Canonicorum senatu, a suo munere statim cessare. Quae vero his Litteris decrevimus ea exsequenda curabit venerabilis Frater Hildebrandus Antoniutti, quem memoravimus, vel ille qui eo tempore quo negotium ad rem adducetur Hispanicae praeerit Nuntiaturae. Qui vero mandata perficiet, ei omnes potestates agendae rei facimus, quas poterit alii quoque viro subdelegare dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Idem, onus habebit documenta exarare et sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittere. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo de-

trectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

✠ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 20.

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONFERUNTUR ECCLESIAE BONONIENSI B. MARIAE V. SACRAE, ORDINI SERVORUM MARIAE CONCREDITAE.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Decus urbis Bononiae perhibetur Deiparae sacrum Templum « Servorum Mariae », quod antiquitate, mole, artificiosis operibus ac praesertim religione maxime commendatur. Etenim, saeculo XIV, ad Gothici structurae generis rationem, Andrea a Faventia, Priore Generali Ordinis Servorum Mariae, architecto, exaedificatum, patet in longitudinem LXXII fere passus, in latitudinem autem fere XXIII, cui continens porticus omnium laudibus praedicatur; accedit quod praeclaris sepulcrorum monumentis, ectypis, signis, imaginibus pictis est ornatum. In quibus summam habent admirationem simulacra, quae Ioannes Gualtieri, cui nomen adiectum « Cimabue », Ioannes Franciscus Barbieri, Guido Reni aliique pingendi artifices eximia colorum venustate expressere. Quod autem in praecipua est laude ponendum, frequentes sodales Ordinis, quem diximus, in Templi sacris officiis versantur et Christifidelium multitudo, eo accedens, studio fertur rerum divinarum. Qui peculiari religione Virginem Mariam Perdolentem, cuius insignis ibi asservatur imago, et Christi de cruce penden-

tis effigiem prosequuntur. Nec deest sacra magni pretii supellex et reliquiarum copia, adeo ut hoc Templum, in publicis Italiae monumentis ascriptum, dignum videatur quod pontificiis honoribus cumuletur. His omnibus cum animo reputatis, dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Servorum Mariae submisse a Nobis petiit ut sacram Aedem, quam laudavimus, Basilicae Minoris nomine ac iure, Mariano hoc vertente anno, donaremus. Nos autem, qui nihil antiquius habemus quam ut Caelorum Reginae omnem quem possumus honorem adiungamus, vota huiusmodi, Dilecti Filii Nostri Iacobi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Lercaro, Bononiensium Archiepiscopi, amplissima commendatione suffulta, libenti animo statuimus explere. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Bononiensem, Deo in honorem Almae Deiparae consecratam et Ordinis Servorum Mariae creditam, titulo et honore *Basilicae Minoris* exornamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis quae Templis, hoc nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortíri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Martii, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EM̃UM P. D. HENRICUM TIT. S. PETRI IN MONTE AUREO S. R. E. PRESB. CARDINALEM PLA Y DENIEL, ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM, QUI LEGATUS DELIGITUR AD CONVENTUM MARIALEM E TOTA HISPANIA CAESARAUGUSTAE INDICTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ineunte mense proximo Octobri, ut libenti animo cognovimus, Marialis Congressus ex universa Hispaniae natione Caesaraugustae sollemniter celebrabitur. Ista profecto in urbe exstat perantiquum sanctuarium Nostrae Dominae a Columna nuncupatum, quod a priscis Ecclesiae saeculis indigenae et peregrini religiosissime venerantur. Qui quidem Conventus in honorem Beatae Mariae Virginis, sacrarum caerimoniarum splendore, totius Hispaniensis episcopatus praesentia, maxima cleri populique frequentia, doctrinae evolvendis argumentis, morum inculcandis praeceptis, consecratione Hispaniae, quae Immaculato Deiparae Corde ab ipso nationis Capite peragetur, insignis futurus esse portenditur. Quoniam igitur statuta celebritas ad pietatem fidelium erga caelestem Matrem excitandam non parum conferre poterit, non modo eiusdem studia et apparatus paterne dilaudamus, verum etiam sollemnibus ipsis adesse ac praeesse exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui, Romanae purpurae magnificentia conspicuus, nobilissimam istam sedem metropolitanam regis, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Congressionis Marianae Caesaraugustae proxime habendae coetibus ritibusque praesideas. Neque dubitamus, quin honorifico tĩbi collato munere ita sis perfuncturus, ut genti Hispanicae profectum, Nobis gaudium, tibi ubertim promerita compares. Quo autem eadem sollemnia maiores spirituales fructus christiano populo afferre queant, tibi ultro facultatem concedimus, ut, praefinita die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium interea donorum conciliatrix et praenuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis

esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Archiepiscopo Caesaraugustano, iisque universis, qui in unum conventuri sunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXIV mensis Septembris, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EM̃UM P. D. ANGELUM IOSEPHUM TIT. S. PRISCAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM RONCALLI, VENETIARUM PATRIARCHAM, QUEM LEGATUM MITTIT AD MARIALEM CONVENTUM E TOTA LIBANI NATIONE IN BERYTENSI URBE INDICTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Proximo Octobri mense, ut laeto animo intelleximus, in perantiqua Berytensi urbe, Congressio Marialis ex omni Libanensi natione concelebrabitur. Hoc enim anno, Deiparae Immaculatae peculiariter dicato, decem implentur lustra, ex quo sanctuarium Harissense, cui titulus « Nostra Domina de Libano », sub pia Maronitarum custodia, in honorem Beatae Mariae Virginis sine labe conceptae conditum est. Fideles autem catholici haud parvo numero et etiam turmatim ad illud templum accedunt, cultuque singulari caelestem Matrem ubique prosequuntur, ut eius favorem ac patrocinium sibi comparent, inque aerumnis atque angustiis huius vitae erigantur, ipsumque Nostrae Dominae nomen apud ceteros quoque Libanenses magno in honore habetur. Proximus igitur Congressus Marianus minime dubitamus, quin religioni ac pietati populi haud parvum afferat incrementum. Quare nihil gratius acceptiusque ducimus, quam ut indictae celebrationi auctoritate et praesentia quadam Nostra splendorem addamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui Patriarchalem sedem in perinsigni Venetiarum urbe tenes, quique Romanae purpurae magnificentia nites, Legatum Nostrum per hasce Litteras eligimus ac renuntiamus, ut Nostram gerens personam, Congressioni Marianae e tota Libani natione Beryti propediem ineundae sollemniter praesideas. Tibi insuper facultatem concedimus, ut, constituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plena-

riam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Supernarum interea gratiarum conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, iisque universis, qui Congressioni quoquo modo favebunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Septembris, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EXCMOS PP. DD. ANTISTITES SACROS ET CHRISTIFIDELES LIBANENSIS NATIONIS, OB CONVENTUM MARIALEM IN BERYTENSI URBE INDICTUM.

PIUS PP. XII

« Je me suis élevée comme le Cèdre du Liban et comme le cyprès sur la montagne de Sion... Venez à moi vous tous qui me désirez et rassasiez-vous de mes fruits ».[1] Ces paroles de l'Ecriture, que la liturgie applique à la Bienheureuse Vierge Marie, Nous reviennent à la mémoire au moment où Nous avons la joie de Nous adresser à vous, chers fils et chères filles de la noble nation libanaise, qui êtes assemblés, dans les fastes et la ferveur d'une grandiose cérémonie, pour célébrer avec l'Eglise universelle le centenaire de la définition du Dogme de l'Immaculée Conception. Oui, allez à Marie, élevez vos cœurs vers elle, implorez l'abondance de ses grâces, dans la confiance filiale que la Mère du Sauveur, qui vécut ici-bas sous le même ciel pur et profond de l'Orient, jette encore sur votre terre un regard de particulière complaisance. L'Eglise elle-même n'évoque-t-elle pas vos sommets du Liban comme une terre d'élection pour la louange de la Vierge? C'est là que l'Esprit-Saint la contemple et, ravi par la splendeur de sa pureté immaculée, c'est de là qu'il l'appelle à sa céleste gloire : « Viens du Liban, ô ma bien-aimée, et tu seras couronnée ».[2]

Le rare privilège qui unit ainsi le nom de votre patrie au culte de la Vierge Marie vous crée à tous un devoir pressant de répondre, avec plus de fidélité encore, à ses appels maternels. Et Nous aimons à penser que les solennités de votre Congrès Marial National, que Nous avons tenu

[1] *Eccl.* 24, 17-26.
[2] *Cant.* 4, 8.

à présider en la personne de Notre Légat, Notre cher Fils le Cardinal Patriarche de Venise, ne seront pas sans raviver et accroître en vos âmes une dévotion éclairée, forte et durable à la Vierge Immaculée. Depuis le 30 Mai dernier, d'ailleurs, chants et prières n'ont cessé de monter en son honneur sur les chemins et dans les églises du Liban, au cours du glorieux cheminement de la statue du Sanctuaire de Harissa à travers monts et vallées, villes et villages. Et le cœur maternel de la Vierge aura tressailli de joie au spectacle de tant d'âmes purifiées par les sacrements, de tant de vies à nouveau consacrées au service de son divin Fils; il se sera ému de la ferveur des foules chrétiennes et même de l'empressement de toute la population à participer à sa louange.

Une telle piété mariale est un gage d'espérance pour votre cher pays. Les jeunes y puiseront un indéfectible attachement à l'idéal de pureté que Marie propose à l'humanité blessée par le péché, et, en invoquant le secours de Celle qui écrasa la tête du serpent, ils sauront vaincre les assauts répétés de la tentation. Les pères et mères de famille voudront placer leur foyer sous sa garde et méditer les exemples de la Sainte Famille de Nazareth. Les militants de l'Action Catholique tourneront leurs regards vers Marie, qui est la voie la plus sûre pour porter les âmes à Jésus, et ils imploreront, par son intercession, les grâces divines sans lesquelles leur action demeurerait stérile. Que les prêtres surtout, et toutes les âmes consacrées, se souviennent qu'en la personne de Saint Jean, Jésus mourant leur a confié sa Mère: qu'ils l'entourent d'une vénération croissante, unis plus que jamais, à travers la féconde diversité de leurs rites, par un commun amour pour la Vierge Sainte et un même désir de propager son culte. Et sur la vie sociale de votre patrie la Mère du Dieu Sauveur fera rayonner l'idéal de son Fils, son message de charité et de fraternité, de vérité et de justice. Celle que d'âge en âge les générations proclament Bienheureuse, demeure l'honneur de la femme, l'espérance du pauvre, la consolation des affligés et des opprimés; elle demeure, comme au temps du Roi Achaz, le signe de la miséricorde divine: « Voici qu'une Vierge concevra et elle enfantera un fils... ».[3] Aujourd'hui encore, si vous êtes attentifs et fidèles à ses enseignements, elle sera un signe de salut pour vos vénérables chrétientés d'Orient.

Tout le passé de vos antiques communautés chrétiennes atteste d'ailleurs les longues traditions de votre piété filiale envers la Très Sainte Vierge Marie. N'est-ce pas à Ephèse, sur la terre d'Orient, que Marie reçut l'officielle reconnaissance par l'Eglise de sa maternité divine, cette

[3] Is. 7, 14.

prérogative suprême qui implique en son inépuisable richesse le privilège de l'Immaculée Conception, célébré en cette Année Mariale. A l'illustration de ce double et glorieux mystère, les Pères de l'Eglise Orientale ont grandement contribué et c'est votre honneur de n'avoir jamais cessé de proclamer que la Mère de Dieu fut, dès le premier instant, préservée de la faute originelle.

Cette même foi, toujours vivante, maintenue dans sa pureté et son intégrité au cours des siècles malgré tant d'épreuves, inspira, il y a cinquante ans, à l'un de vos grands patriarches l'heureuse idée de mettre comme un sceau à ce culte marial séculaire en élevant sur la colline de Harissa, au cœur même de votre beau pays, un monument votif à la gloire de l'Immaculée. Non moins suggestif est le titre de « Notre-Dame du Liban » que vous avez voulu donner à ce sanctuaire national ; aux générations futures il rappellera la place souveraine de Marie dans les destinées de votre patrie, et il sera, aux heures sombres, le céleste paratonnerre qui détournera de votre ciel les nuages de discorde ou de division qui tenteraient de l'obscurcir.

Unanimes dans votre foi en Marie, fraternellement unis sous son manteau maternel, persévérez fermement dans la voie où vous vous engagez aujourd'hui. Cette Année Mariale a vu surgir un peu partout dans le monde, — et ce Nous est une joie profonde, — des légions d'âmes mariales, prêtes à tous les combats pour la gloire de Dieu et l'extension de son règne. Que de telles légions se multiplient sur cette terre d'Orient chère à tous les fils de l'Eglise ; qu'elles y soient le sel qui ne s'affadit point, la lumière placée sur le chandelier et dont la flamme éclaire tous ceux qui sont dans la maison ; que la chaleur de votre charité y soit accueillante, en particulier, à tous vos frères séparés, dont Nous connaissons la profonde piété mariale et que Nous invitions paternellement, dans Notre Encyclique *Fulgens Corona*, à tourner avec nous leurs regards vers Marie, « demandant instamment cette unité, grâce à laquelle il n'y aura plus enfin qu'un seul bercail sous un seul Pasteur ».[4]

Ces vœux et ces prières, Nous confions à la puissante intercession de Notre-Dame du Liban et, en gage de Notre constante sollicitude de Père et de Pasteur de vos âmes, Nous accordons de grand cœur aux hautes Autorités ecclésiastiques et civiles présentes au Congrès, au clergé des différents rites et à vous tous, chers fils et chères filles, Notre Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 18 Octobre 1954.

PIUS PP. XII

[4] *A. A. S.*, t. 45, p. 591.

IV

AD EM̃UM P. D. EMMANUELEM TIT. SANCTORUM MARCELLINI ET PETRI S. R. E. PRESB. CARDINALEM GONÇALVES CEREJEIRA, PATRIARCHAM LISBONENSEM, QUINQUE AB INITO PATRIARCHATU ATQUE CARDINALATU LUSTRA PERACTURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Superiore anno, quum ipse quintum ac vicesimum episcopatus tui natalem diem celebrares, Nostrae quidem gratulationis sensus per Litteras libenter sane declaravimus, egregia tua erga Ecclesiam merita suavi recolentes memoria, praesertim quod attinet ad vocationes ecclesiasticas acriter fovendas et Actionem laicorum Catholicam studiose provehendam. In praesenti autem, quum fauste quinque ab inito patriarchatu atque cardinalatu lustra peracturus sis, nova Nobis praebetur opportunitas laetitiam tuam tuorumque secundis votis ominibusque cumulandi. Tibi itaque, Dilecte Fili Noster, de patriarchali munere tam diu sollerterque gesto ex animo gratulamur, Deum instanter exorantes, ut te caelestibus donis solaciisque ditare ac pastorale istud officium uberrimis salutis fructibus locupletare velit. Quo interea utriusque eventus celebratio salutarior gregi tuo contingat, tibi ultro facultatem tribuimus, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Superni autem auxilii in auspicium, inque peculiaris amoris Nostri pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, Auxiliaribus tuis Episcopis cunctoque clero ac populo tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Ramae apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Octobris, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

*Christifidelibus e tota Sicilia ob Conventum Marialem regionalem Panormi coadunatis.**

Tra i memorandi fasti dell'Anno Mariano, assorto per divina bontà a plebiscito universale di fede cristiana, si distingue per unanimità di popolo, per solennità di riti, per fervore di pietà, il vostro Congresso, diletti figli e figlie della religiosa Sicilia, così cara al Nostro cuore e così degna delle Nostre paterne sollecitudini.

La visione, che in questo momento si offre al Nostro spirito, è quella di un grande popolo ricco di storia ed esuberante di vita, cui l'ardente sete di beni e di bellezze celesti ha strappato ancora una volta agli ordinari assilli terreni e condotto ad inebriarsi alla fonte limpida di ogni santità: Maria. È bello vedervi come una sola famiglia coi vostri Pastori e le Autorità civili, tutti stretti intorno ai sacri altari per osannare alle glorie della eccelsa Madre di Dio, e per professare sotto i cieli azzurri della incantevole vostra Isola la medesima fede, abbracciata dai vostri padri fin dai primi giorni della predicazione evangelica, e giammai tradita per volgere di eventi ed infuriare di tempeste.

Ci pare che l'Apostolo delle Genti, S. Paolo, rievocando il lontano giorno in cui approdò alle rive della vostra terra, debba esultare nel porre a confronto lo sparuto gruppo di amici, che l'ospitarono allora per tre giorni, [1] con le innumerevoli anime — al presente milioni di fedeli — generate a Cristo dalla predicazione e dall'apostolato cattolico. Egli potrebbe rivolgere a voi l'encomio indirizzato alla diletta chiesa di Efeso: « Anche io, udendo la vostra fede nel Signore Gesù e l'amore che portate a tutti i santi, non cesso di rendere grazie per voi, facendo di voi menzione nelle mie preghiere ». [2]

In ricambio, voi con legittimo e santo orgoglio potreste enumerare all'Apostolo le singolari glorie cristiane, che da quel tempo non hanno mai mancato di arricchire la vostra Isola. Testimoni eloquenti della pronta rispondenza alla grazia e della profondità della fede nei vostri avi sono, tra tanti altri, le antiche cattedrali, in talune delle quali

* Habita die 17 Octobris mensis a. 1954.

[1] Cfr. *Act.* 28, 12.

[2] *Eph.* 1, 15-16.

l'arte tocca il fastigio della pura armonia, la fulgida schiera di Santi e di Sante, quali Agata e Lucia, spiranti liliale fragranza, le fiorenti ed antiche diocesi, i Concili ivi celebrati, i Sommi Pontefici nati o educati nell'Isola e tutta una coorte di uomini insigni, consacratisi al servizio di Dio e alle opere di civiltà. Potreste altresì rammentare come il grande S. Atanasio più volte annoverò la Sicilia tra le regioni più fedeli alla verità cattolica e romana nei tempi procellosi della eresia ariana,[3] e come in appresso, sotto l'imperversare della bufera iconoclasta sulle sponde del vicino Oriente, la vostra Isola divenne l'accogliente rifugio dei perseguitati, ed insieme, lo scampo per tante sacre effigie, specialmente mariane, oggi venerate in Occidente.

Ma — quel che più importa — voi dimostrate al presente, in occasione di questo Congresso, che salda ed intatta è la vostra fedeltà a Cristo e alla Chiesa, poichè sentita, fervida e popolare è la vostra devozione a Maria.

A chi ne dubitasse voi potreste mostrare il disegno topografico dell'Isola, ed ivi indicare la splendida collana di Santuari mariani che si stende, attraverso ciascuna delle sue provincie, sui monti, sulle marine, sui fertili piani, rendendo così la Sicilia un feudo di Maria. I loro nomi e titoli, ingenui ed espressivi, se venissero invocati uno dopo l'altro, formerebbero come una preghiera di litania tutta vostra: Madonna della Catena, della Lettera, della Scala, della Grotta, dell'Alto, del Bosco, delle Milizie, del Romitello, ed altri ancora, seguìti da quelli che ricordano i suoi misteri — dell'Annunziata, dell'Assunta, della Misericordia, della Provvidenza — oppure indicati semplicemente dai nomi di città e borghi — Custonaci, Furi Tìndari, Valverde, Milici, — coi quali pare che la Madonna stessa si compiaccia di designare le sue venerate Immagini.

Questi Santuari, più o meno insigni e famosi, spesso umili e disadorni, come era la casetta della Vergine a Nazaret, sono stati le rocche forti della fede dei vostri padri. Infatti il pronto ed intenso risorgere del cristianesimo nell'Isola dopo la invasione dei Saraceni, che ne avevano cancellato quasi ogni traccia, mosse dai due Santuari intitolati a Santa Maria, l'uno in Palermo, l'altro in Vìcari, forse gli unici ancora in piedi tra tante rovine, dove il sacro fuoco della fede si conservò per lunghi anni, e donde poi divampò più splendente in ogni lembo della Sicilia. Anche al presente i Santuari di Maria sono le fresche sorgenti a cui, più volte nell'anno, il buon popolo accorre per ritemprare la

[3] S. Athan., *Hist. Arian.*, n. 28 - Migne, *P. G.*, t. 25, col. 726; *Epist. Epp. Aegypti et Libiae contra Arianos*, cap. 1, t. 26, col. 1030.

pietà religiosa in devoti pellegrinaggi che conservano i caratteri della più schietta tradizione. Oh, con quanto materno compiacimento la « bella Madre — la « Bedda Matri », come voi dite — attende ed accoglie ogni volta gli umili suoi figli che a Lei vengono, alcuni dopo giorni e giorni di cammino a piedi nudi per sentieri assolati, altri sui fantasiosi carretti istoriati con sacre scene, nei costumi dai vividi colori, al canto delle ingenue « canzuni » e degli antichi « raziuneddi », ma recanti, nel segreto dei cuori, voti e speranze che non saprebbero confidare ad altri se non a Lei. Sì, solo a Lei, Madre buona e bella, che imparaste ad amare nelle mirabili immagini che di Lei dipinse Antonello da Messina, ove la nobiltà della celeste creatura si fonde in armonia con la dolcezza naturale della vostra indole.

Ora, se tanto ardente e radicata è la devozione a Maria nel popolo di Sicilia, chi potrebbe maravigliarsi che Ella — secondo quanto Ci è stato riferito dai vostri degnissimi Presuli — abbia scelto una vostra illustre città per dispensare in questi ultimi tempi segnalatissime grazie?

Certamente questa Sede Apostolica non ha finora in alcun modo manifestato il suo giudizio intorno alle lacrime che si dissero sgorgate da una sua effige in un'umile casa di lavoratori; tuttavia non senza viva commozione prendemmo conoscenza della unanime dichiarazione dell'Episcopato della Sicilia sulla realtà di quell'evento. Senza dubbio Maria è in cielo eternamente felice e non soffre nè dolore né mestizia; ma Ella non vi rimane insensibile, che anzi nutre sempre amore e pietà per il misero genere umano, cui fu data per Madre, allorchè dolorosa e lacrimante sostava ai piedi della Croce, ove era affisso il Figliuolo. Comprenderanno gli uomini l'arcano linguaggio di quelle lacrime? Oh le lacrime di Maria! Erano sul Golgota lacrime di compatimento per il suo Gesù e di tristezza per i peccati del mondo. Piange Ella ancora per le rinnovate piaghe prodotte nel Corpo mistico di Gesù? O piange per tanti figli, nei quali l'errore e la colpa hanno spento la vita della grazia, e che gravemente offendono la maestà divina? O sono lacrime di attesa per il ritardato ritorno di altri suoi figli, un dì fedeli, ed ora trascinati da falsi miraggi fra le schiere dei nemici di Dio? A voi spetta di cooperare con l'esempio e con l'azione al ritorno dei profughi alla casa del Padre e di adoperarvi affinchè si chiudano al più presto le brecce aperte dai nemici della religione nella vostra Isola, fatta oggetto di cupido assedio.

Perciò non lasciate trascorrere questo giorno senza proclamare unanimamente, pubblicamente e solennemente che il popolo della Sicilia intende rimanere fedele a Cristo e alla Chiesa, senza discussioni nè ri-

serve, dal primo all'ultimo dei suoi figli, nella più genuina tradizione dei padri.

Da parte Nostra, non vorremmo terminare questa Nostra Esortazione, senza avervi indicato brevemente in che modo il popolo della Sicilia rinsalderà la sua fedeltà a Cristo. Curate primieramente l'istruzione religiosa in tutte le età e in tutti i ceti sociali, in particolare tra la gioventù. Agli ammalianti sofismi degli avversari della Chiesa non vi è che da opporre la chiarezza della sua verità. Un popolo che non conosca quali siano i veri tesori, non saprà nè conservarli nè difenderli : si accorgerà dei perduti beni, quando ne sarà stato già depredato. Apprendete e approfondite la dottrina cristiana, voi, cui Iddio ha dato tanti egregi talenti d'ingegno, cosicché, per comune riconoscimento, la Sicilia fu sempre vivaio di uomini illustri per scienze ed arti. La fedeltà a Cristo si traduca inoltre nella frequenza assidua dei Sacramenti, che sono il sostegno della vita cristiana e delle virtù familiari e civiche. I vostri bei templi, monumenti del fervore degli avi, e taluni anche della indomita resistenza alla persecuzione, vibrino ancora del vivo palpito della fede operosa. Infine vi chiediamo di continuare ad essere gelosi custodi dei filiali vincoli, che sempre vi legarono a questa Sede Apostolica. Come un giorno di buon animo la Sicilia annuì ai desideri del Nostro Predecessore S. Gregorio Magno, particolarmente ad essa affezionato, così la Nostra voce trovi sempre negli animi vostri pronto e incondizionato consenso. [4]

Ricevete questa Nostra Esortazione quasi messaggio della Madre di Gesù a voi, che a Lei intendete di consacrarvi come a vostra Signora e Protettrice. Affinchè i desideri di Lei e i Nostri voti si compiano, invochiamo l'abbondanza delle divine grazie per ciascuno di voi e per l'intiera Sicilia, in particolare per i poveri, i malati, i piccoli, i lavoratori del mare e delle campagne, le Autorità civili, i vostri Presuli e i vostri Sacerdoti. A tutti impartiamo con effusione di cuore la Nostra Apostolica Benedizione.

[4] Greg. I *Epist. Iohanni Episc. Syracusano*, Oct. 598 - *Reg.* IX, 26 ? *Mon. Germ. Hist.*, Epp. t. 2, pag. 59-60.

II

Summus Pontifex, die primo Novembris mensis a. MCMLIV in Basilica Vaticana, adstantibus Emis Patribus Cardinalibus atque plurimis Excmis PP. Sacrorum Antistitibus, coram christifidelium multitudine, antequam imaginem B. M. V., quae « Salus Populi Romani » appellatur, aurea corona redimiret, sollemniter proclamans novum festum liturgicum Beatae Mariae Virginis Caeli terraeque Reginae, haec verba fecit:

Le testimonianze di omaggio e di devozione verso la Madre di Dio, che l'Universo cattolico ha moltiplicate nei mesi trascorsi, hanno provato splendidamente, così nelle pubbliche dimostrazioni, come nelle più modeste intraprese della pietà privata, il suo amore verso la Vergine Maria e la fede nei suoi incomparabili privilegi. Ma affine di coronare tutte queste manifestazioni con una solennità particolarmente significativa dell'Anno Mariano, abbiamo voluto istituire e celebrare la Festa della Regalità di Maria.

Nessuno di voi, diletti figli e figlie, vorrà maravigliarsene, ne pensare che si sia trattato di decretare alla Vergine un titolo nuovo. I fedeli cristiani non ripetono forse già da secoli nelle litanie Lauretane le invocazioni, che salutano Maria col nome di Regina? E la recita del santo Rosario, proponendo in pia meditazione la memoria dei gaudi, dei dolori e delle glorie della Madre di Dio, non termina forse col ricordo radioso di Maria accolta in cielo dal suo Figliuolo e da Lui ornata col diadema reale?

Non è stata dunque Nostra intenzione d'introdurre qualche novità, ma piuttosto di far brillare agli occhi del mondo, nelle presenti circostanze, una verità atta ad apportare rimedio ai suoi mali, a liberarlo dalle sue angosce e ad indirizzarlo verso il cammino di salute, che esso ansiosamente ricerca.

Meno ancora che quella del suo Figlio, la regalità di Maria non deve essere concepita in analogia con le realtà della vita politica moderna. Senza dubbio non si possono rappresentare le maraviglie del cielo che mediante le parole e le espressioni, ben imperfette, del linguaggio umano: ma ciò non significa punto che, per onorare Maria, si debba aderire ad una determinata forma di governo o ad una particolare struttura politica. La regalità di Maria è una realtà ultraterrena, che però, al tempo

stesso, penetra sin nel più intimo dei cuori e li tocca nella loro essenza profonda, in ciò che essi hanno di spirituale e d'immortale.

L'origine delle glorie di Maria, il momento solenne che illumina tutta la sua persona e la sua missione, è quello in cui, piena di grazia, rivolse all'Arcangelo Gabriele il « *Fiat* », che esprimeva il suo assenso alla disposizione divina; in tal guisa Ella diveniva Madre di Dio e Regina, e riceveva l'ufficio regale di vegliare sulla unità e la pace del genere umano. Per Lei noi abbiamo la ferma fiducia che l'umanità s'incamminerà a poco a poco in questa via di salvezza; Ella guiderà i capi delle nazioni e i cuori dei popoli verso la concordia e la carità.

Che cosa dunque potrebbero fare i cristiani nell'ora presente, in cui l'unità e la pace del mondo, ed anzi le sorgenti stesse della vita, sono in pericolo, se non volgere lo sguardo verso Colei, che apparisce loro rivestita della potenza regale? Come Ella avviluppò già nel suo manto il Fanciullo divino, primogenito di tutte le creature e di tutta la creazione,[1] così degnisi ora di avvolgere tutti gli uomini e tutti i popoli con la sua vigilante tenerezza; degnisi, come Sede della Sapienza, di far rifulgere la verità delle parole ispirate, che la Chiesa applica a Lei: « *Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt; per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam* ».[2] — Per mezzo mio regnano i re, e i magistrati amministrano la giustizia; per mezzo mio comandano i principi e i sovrani governano con rettitudine. — Se il mondo lotta al presente senza tregua per conquistare la sua unità, per assicurare la pace, l'invocazione del regno di Maria è, al di sopra di tutti i mezzi terreni e di tutti i disegni umani sempre in qualche modo difettosi, la voce della fede e della speranza cristiana, salde e forti delle promesse divine e degli aiuti inesauribili, che questo impero di Maria ha diffusi per la salvezza della umanità.

Tuttavia dalla inesausta bontà della Vergine beatissima, che invochiamo oggi come la regale Madre del Signore, Noi attendiamo anche altri benefici non meno preziosi. Non soltanto Ella deve annientare i foschi piani e le opere inique dei nemici di una umanità unita e cristiana, ma ha da comunicare altresì agli uomini di oggi qualche cosa del suo spirito. Intendiamo con ciò la volontà coraggiosa ed anche audace, che, nelle circostanze difficili, di fronte ai pericoli e agli ostacoli, sa prendere senza esitare le risoluzioni che s'impongono, e perseguirne la esecuzione con una energia indefettibile, in guisa da trascinare dietro le sue orme i deboli, gli stanchi, i dubbiosi, coloro che non credono più

[1] Cfr. *Col.*, 1, 15.

[2] *Prov.* 8, 15-16; *Brev. Rom. in Comm. Fest. B. Mariae Virg.*, I Noct. Lect. 1.

alla giustizia e alla nobiltà della causa che debbono difendere. Chi non vede in qual grado Maria ha attuato in sè stessa questo spirito e ha meritato le lodi dovute alla « donna forte »? Il suo « Magnificat », questo cantico di gioia e di fiducia invincibile nella potenza divina, di cui Ella imprende ad effettuare le opere, la riempie di santa audacia, di una forza ignota alla natura.

Come Noi vorremmo che tutti coloro, i quali hanno oggi la responsabilità del buono e retto andamento degli affari pubblici, imitassero questo luminoso esempio di sentimento regale! Invece, non si nota forse talvolta anche nelle loro file una sorta di stanchezza, di rassegnazione, di passività, che impedisce loro di affrontare con fermezza e perseveranza gli ardui problemi del momento presente? Alcuni non lasciano forse talora gli avvenimenti andare alla deriva, invece di dominarli con una azione sana e costruttiva?

Non è dunque urgente di mobilitare tutte le forze vive ora in riserva, di stimolare coloro, che non hanno ancora piena consapevolezza della pericolosa depressione psicologica in cui sono caduti? Se la regalità di Maria trova un simbolo del tutto appropriato nella « *acies ordinata* », nell'esercito schierato in battaglia,[3] certamente nessuno vorrà pensare a qualsiasi intenzione bellicosa, ma unicamente alla forza d'animo, che ammiriamo in grado eroico nella Vergine, e che procede dalla coscienza di operare validamente per l'ordine di Dio nel mondo.

Possa la Nostra invocazione alla regalità della Madre di Dio ottenere agli uomini solleciti delle loro responsabilità la grazia di vincere l'abbattimento e l'indolenza, in un'ora, in cui nessuno può permettersi un istante di riposo, quando in tante regioni la giusta libertà è oppressa, la verità offuscata dal lavorio di una propaganda mendace, e le forze del male sembrano quasi scatenate sulla terra!

Se la regalità di Maria può suggerire ai reggitori delle nazioni atteggiamenti e consigli che rispondono alle esigenze dell'ora, Ella non cessa di riversare su tutti i popoli della terra e su tutte le classi sociali l'abbondanza delle sue grazie. Dopo lo spettacolo atroce della Passione ai piedi della Croce, in cui aveva offerto il più duro dei sacrifici che possano essere domandati a una Madre, Ella continuò ad effondere sui primi cristiani, suoi figli di adozione, le sue materne sollecitudini. Regina più che alcun'altra per la elevazione della sua anima e per la eccellenza dei doni divini, Ella non desiste dall'elargire tutti i tesori della sua affezione e delle sue dolci premure alla misera umanità. Lungi dall'essere fondato sulle esigenze dei suoi diritti e la volontà di un altero

[3] *Off. in Assumptione B. M. V.* passim.

dominio, il regno di Maria non conosce che un'aspirazione: il pieno dono di sè nella sua più alta e totale generosità.

Così dunque Maria esercita la sua regalità: accettando i nostri omaggi e non disdegnando di ascoltare anche le più umili e imperfette preghiere. Perciò, desiderosi come siamo d'interpretare i sentimenti di tutto il popolo cristiano, Noi rivolgiamo alla Vergine beatissima questa fervida implorazione:

Dal profondo di questa terra di lacrime, ove la umanità dolorante penosamente si trascina; tra i flutti di questo nostro mare perennemente agitato dai venti delle passioni; eleviamo gli occhi a voi, o Maria, Madre amatissima, per riconfortarci contemplando la vostra gloria, e per salutarvi Regina e Signora dei cieli e della terra, Regina e Signora nostra.

Questa vostra regalità vogliamo esaltare con legittimo orgoglio di figli e riconoscerla come dovuta alla somma eccellenza di tutto il vostro essere, o dolcissima e vera Madre di Colui, che è Re per diritto proprio, per eredità, per conquista.

Regnate, o Madre e Signora, mostrandoci il cammino della santità, dirigendoci e assistendoci, affinchè non ce ne allontaniamo giammai.

Come nell'alto del cielo Voi esercitate il vostro primato sopra le schiere degli Angeli, che vi acclamano loro Sovrana; sopra le legioni dei Santi, che si dilettano nella contemplazione della vostra fulgida bellezza; così regnate sopra l'intero genere umano, soprattutto aprendo i sentieri della fede a quanti ancora non conoscono il vostro Figlio.

Regnate sulla Chiesa, che professa e festeggia il vostro soave dominio e a voi ricorre come a sicuro rifugio in mezzo alle calamità dei nostri tempi. Ma specialmente regnate su quella porzione della Chiesa, che è perseguitata ed oppressa, dandole la fortezza per sopportare le avversità, la costanza per non piegarsi sotto le ingiuste pressioni, la luce per non cadere nelle insidie nemiche, la fermezza per resistere agli attacchi palesi, e in ogni momento la incrollabile fedeltà al vostro Regno.

Regnate sulle intelligenze, affinchè cerchino soltanto il vero; sulle volontà, affinchè seguono solamente il bene; sui cuori, affinchè animo unicamente ciò che voi stessa amate.

Regnate sugl'individui e sulle famiglie, come sulle società e le nazioni; sulle assemblee dei potenti, sui consigli dei savi, come sulle semplici aspirazioni degli umili.

Regnate nelle vie e nelle piazze, nelle città e nei villaggi, nelle valli e nei monti, nell'aria, nella terra e nel mare;

e accogliete la pia preghiera di quanti sanno che il vostro è regno di misericordia, ove ogni supplica trova ascolto, ogni dolore conforto, ogni sventura sollievo, ogni infermità salute, e dove, quasi al cenno delle vostre soavissime mani, dalla stessa morte risorge sorridente la vita.

Otteneteci che coloro, i quali ora in tutte le parti del mondo vi acclamano e vi riconoscono Regina e Signora, possano un giorno nel cielo fruire della pienezza del vostro Regno, della visione del vostro Figlio, il quale col Padre e con lo Spirito Santo vive e regna nei secoli dei secoli. Così sia!

III

Emis PP. DD. Cardinalibus atque Excmis PP. DD. Sacrorum Antistitibus qui pridie proclamationi interfuerunt novi liturgici festi Deiparae Mariae caeli terraeque Reginae, ab Ipso Summo Pontifice in Basilica Vaticana peractae. *

« Magnificate Dominum mecum; et extollamus nomen eius simul »,[1] quia novo ex superno munere Nostra cum implentur vota, feliciter evenit quod perquam grato vestro, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, hodie fruimur conspectu et amplissimum vestrum coram contuemur consessum. Ratio ipsa novi liturgici festi Deiparae Mariae caeli terraeque Reginae, quod nuper sollemniter ediximus, pias has Nostras adauget laetitias, propterea quod summopere decet filios promere gaudia, cum ipsi maternum videant adauctum honorem.

Quodsi Beatissima Virgo Maria omnium est Regina, praecipuo sane nomine et arctiore ratione vobis et consiliis inceptisque vestris praeest, quia singulari augustoque laudis titulo Apostolorum Regina vocari consuevit. Ipsa enim, cum sit mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitionis et sanctae spei,[2] quid vehementius exoptat, quid potius contendit, quam ut verax veri Dei cultus altius usque in animos radices agat, ardentior usque flammescat caritas, castus Dei timor consilia regat, spes immortalium promissorum compos terrestre maestum soletur exsilium? Haec vero omnia opera et industria, qua Vos in apostolicum

* Habita die 2 Novembris mensis a. 1954.

[1] *Ps.* 33, 4.

[2] Cfr. *Eccl.* 24, 24.

munus incumbitis, parantur hominibus, ut sobrie, iuste, pie occasuram agentes vitam, sine occasu in caelis felicitatem consequantur. Sub ductu igitur et auspicio Mariae semper Virginis Matris Dominaeque nostrae nunc vobis de nonnullis rebus instituimus loqui, quae quidem haud defutura fiducia arbitramur vobis et labori, sollertiae pleno, quo agrum Dei exercetis, utilia fore.

Exeunte mense Maio huius anni ad Sacrorum Antistites, qui frequentes undique terrarum Romam venerant, reverentiae, pietatis, obsequii studia prolaturi Pio X Pontifici Maximo, cui Sanctorum Caelitum tunc a Nobis decreti sunt honores, orationem habuimus de magisterio, quod ex divina institutione et praerogativa ad Apostolorum successores sub auctoritate Romani Pontificis pertinet.[3] Nunc quasi inchoatum persequentibus sermonem, opportunitate data, de duobus ceteris muneribus, quae, primo arcte coniuncta, vos spectant vestrasque poscunt cogitationes et curas, de sacerdotio scilicet et de regimine, placet Nobis facere verba.

Mentem et animum iterum convertamus ad Sanctum Pium X, Summum Pontificem.

Ex eius vitae descriptione novimus, quid ei fuerit altare et Eucharisticum sacrificium, et quidem a die, quo summo Deo sacerdotii obtulit primitias, cum sacerdos novensilis commoto animo ad gradus altaris primu dixit « Introibo ad altare Dei », per totam eius vitam sacerdotalem ; cum parochus fuit, cum factus est in Sacro Seminario moderator pietatis, cum consecratus fuit Episcopus, cum Patriarcha et Cardinalis nominatus, cum denique electus fuit Summus Pontifex. Ipsi altare et Eucharisticum sacrificium fuerunt caput ac veluti centrum eius pietatis, refugium et robur animi in laboribus et angustiis, fuerunt fons lucis, fortitudinis, assidui studii gloriam Dei et animorum salutem comparandi. Hic Pontifex, uti fuit et est exemplar Magistri, sic fuit et est exemplar *Sacerdotis*.

Sacerdotis munus proprium et praecipuum semper fuit et est « sacrificare », ita ut, ubi nulla sit proprie vereque dicenda potestas sacrificandi, nec inveniatur proprie vereque appellandum sacerdotium.

Hoc idem plane perfecteque cadit in sacerdotem Novae Legis. Cuius praecipua potestas et muneris functio est offerre unicum et celsissimum sacrificium Summi et Aeterni Sacerdotis Christi Domini, quod nempe divinus Redemptor cruento modo in cruce obtulit et incruento in Novissima Cena anticipavit, continenter iterari voluit, mandans Apostolis suis

[3] Cfr. *Acta Ap. Sedis*, 1954, n. 8, pag. 313-317.

« Hoc facite in meam commemorationem ». [4] Apostolos ergo, non omnes fideles, ipse Christus fecit et constituit sacerdotes, eisque dedit sacrificandi potestatem. De hoc excelso Novi Testamenti sacrificandi munere et actione docuit Concilium Tridentinum: « In divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui in ara crucis semel se ipsum cruente obtulit... Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa ».[5] Itaque sacerdos celebrans, personam Christi gerens, sacrificat, isque solus; non populus, non clerici, ne sacerdotes quidem, pie religioseque qui sacris operanti inserviunt; quamvis hi omnes in sacrificio activas quasdam partes habere possint et habeant. « Quod tamen christifideles Eucharisticum participant Sacrificium, non idcirco — ita in Nostris de sacra Liturgia Litteris Encyclicis, quae *Mediator Dei* inscribuntur, monuimus [6] — sacerdotali etiam potestate fruuntur ».

Quae hisce diximus, pernota quidem vobis, Venerabiles Fratres, esse scimus; nihilominus ea Nobis memoranda esse censuimus, cum quasi fundamentum et ratio sint eorum quae statim dicturi sumus. Non enim desunt, qui veram quandam sacrificandi potestatem in sacrificio Missae omnibus pie adstantibus, etiam laicis, vindicare non desistant. Contra hos veritatem ab errore, qualibet ambiguitate amota, secernamus oportet. Iam ante septem annos eisdem Encyclicis Litteris eorum reprobavimus errorem, qui declarare non dubitaverunt Christi mandatum « Hoc facite in meam commemorationem », « ad cunctam directo pertinere christifidelium Ecclesiam; atque exinde, deinceps tantum, hierarchicum consecutum esse sacerdotium. Quapropter populum autumant vera perfrui sacerdotali potestate, sacerdotem autem solummodo agere ex delegato a communitate munere. Quam ob rem Eucharisticum Sacrificium veri nominis "concelebrationem" existimant, ac reputant expedire potius, ut sacerdotes una cum populo adstantes "concelebrent", quam ut privatim Sacrificium offerant absente populo ». Eadem data occasione etiam in memoriam revocavimus, qua ratione sacerdos celebrans dici quiret « populi vices agere »; propterea scilicet, « quia personam gerit Domini Nostri Iesu Christi, quatenus membrorum omnium Caput est, pro iisdemque semet ipsum offert; ideoque (sacerdotem) ad altare accedere ut ministrum Christi, Christo inferiorem, superiorem autem populo. Populum contra, quippe qui nulla ratione divini Redemptoris personam

[4] Luc. 22, 19.

[5] Sessio XXII, cap. 2. - Denzinger, n. 940.

[6] *Acta Ap. Sedis*, vol. 39, 1947, pag. 553.

sustineat neque conciliator sit inter se ipsum et Deum, nullo modo iure sacerdotali frui posse ».[7]

In hac re consideranda non agitur tantum de *fructu,* qui ex Eucharistici sacrificii celebratione vel auditione hauritur, metiendo, — sane fieri potest, ut quis maiorem fructum capiat ex Missa pie religioseque audita quam ex Missa leviter et neglegenter celebrata —, sed de statuenda *natura actus,* qui est in Missae auditione et celebratione, unde alii fructus sacrificii profluunt; fructus scilicet — ne de cultu divino adorationis et gratiarum actionis loquamur — placationis et impetrationis pro illis, pro quibus sacrificium offertur, etsi ipsi sacrificio non adsint; item fructus « pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis ».[8] Re ita perspecta, assertio quae his nostris temporibus non solum a laicis, sed interdum et a quibusdam theologis et sacerdotibus fit ab iisque spargitur, tamquam opinionis error reici debet, scilicet idem esse unius Missae celebrationem, cui centum sacerdotes religioso cum obsequio adstent, atque centum Missas a centum sacerdotibus celebratas. Non ita profecto. Quoad sacrificii Eucharistici oblationem tot sunt actiones Christi Summi Sacerdotis, quot sunt sacerdotes celebrantes, minime vero quot sunt sacerdotes Missam episcopi aut sacri presbyteri celebrantis pie audientes; hi enim, cum sacro intersunt, nequaquam Christi sacrificantis personam sustinent et agunt, sed comparandi sunt christifidelibus laicis qui sacrificio adsunt.

Ceteroquin negari vel in dubium vocari non debet fideles quoddam habere « sacerdotium », neque hoc parvi aestimare vel deprimere licet. Princeps enim Apostolorum in prima sua Epistola, alloquens fideles, his utitur verbis: « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis »;[9] et paulo ante ibidem asserit ad fideles pertinere « sacerdotium sanctum, offerre spiritales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum ».[10] At quaecumque est huius honorifici tituli et rei vera plenaque significatio, firmiter tenendum est, commune hoc omnium christifidelium, altum utique et arcanum, « sacerdotium » non gradu tantum, sed etiam essentia differre a sacerdotio proprie vereque dicto, quod positum est in potestate perpetrandi, cum persona Summi Sacerdotis Christi geratur, ipsius Christi sacrificium.

Gaudenti animo animadvertimus multis in dioecesibus exorta esse

[7] *Acta Ap. Sedis,* 1947, pag. 553 et 554.
[8] Conc. Trid. Sess. XXII, cap. 2. – DENZINGER, n. 940
[9] *I Petr.* 2, 9.
[10] *l. c.,* 2, 5.

propria Liturgiae Instituta, constitutas esse sodalitates liturgicas, nominatos moderatores rei liturgicae provehendae, habitos conventus liturgicos dioecesanos et ex pluribus simul dioecesibus, habitos vel praeparatum iri Conventus ex omnibus nationibus. Perlibenter audivimus hic atque illic etiam ipsos Episcopos huiusmodi Conventibus interfuisse vel praesedisse. Hi coetus interdum propriam sequuntur regulam, ita scilicet, ut unus tantum sacrum peragat, alii vero (sive omnes sive plurimi) huic uni sacro intersint in eoque sacram synaxim e manu celebrantis sumant. Quod si hoc ex iusta et rationabili causa fiat, neque Episcopus ad fidelium admirationem vitandam aliud statuerit, obnitendum non est, dummodo huic modo agendi ne subsit error iam supra a Nobis memoratus. Quod dein ad res in Congressionibus illis pertractatas attinet, disceptatum est de propositis ad historiam, doctrinam vel actionem vitae pertinentibus; illatae sunt conclusiones atque vota concepta, quae ampliori huiusmodi progressioni necessaria vel convenientia visa sunt, legitimae tamen auctoritatis ecclesiasticae iudicio subicienda. Haec vero ad sacram excolendam Liturgiam impulsio non constitit intra Conventuum celebrationes; sed simul exercitatio et usus continenter increscebant et augebantur, ita ut fideles maiore usque frequentia et numero ad activam coniunctionem et communionem cum sacerdote, qui sacris operatur, compellantur.

At, Venerabiles Fratres, quantumcumque favetis — et quidem iusto iure — usui atque profectui sacrae Liturgiae, ne siveritis huius disciplinae studiosos in vestris dioecesibus ductui et vigilantiae vestrae sese subtrahere, et proprio iudicio sacram Liturgiam temperare et immutare, contra Ecclesiae normas dilucidis verbis statutas: « Unius Apostolicae Sedis est tum sacram ordinare liturgiam, tum liturgicos approbare libros »,[11] et praesertim quoad sacrum peragendum: « Reprobata quavis contraria consuetudine, sacerdos celebrans accurate ac devote servet rubricas suorum ritualium librorum, caveatque ne alias caeremonias aut preces proprio arbitrio adiungat ».[12] Neque vosmet ipsi huiusmodi inceptis et magis audacibus quam prudentibus impulsibus vestram concesseritis approbationem vel facultatem.

« Forma facti gregis » (*τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου*): [13] haec Beati Petri verba praecipue ad Episcopum spectant, utpote qui *Pastoris* munus habeat et gerat. Peculiaris et propria nota Pontificatus Pii X revera est

[11] Can. 1257.
[12] Can. 818.
[13] *1 Petr.* 5, 3.

ratio mosque « Pastoris ». Brevi, postquam is ad apostolici muneris fastigium ascendit, omnibus innotuit ad Apostolorum Principis cathedram evectum esse sacerdotem, qui in animorum curatione adoleverat, qui ab initio sacerdotii sui fuerat et esse perstiterat animorum pastor, usque dum universo gregi Christi pascendo fuit praepositus. Immutabilis norma, quam in agendo habuit, summa vitae, quam sibi constituit, fuit « salus animorum ». Si cupivit « omnia instaurare in Christo », hoc ipsum propter salutem animorum voluit; huic fini et muneri quodammodo cetera omnia sua subiecit. Ipse in medio grege suo fuit bonus pastor, de eius necessitatibus sollicitus, de periculis ei imminentibus anxius; totus in eo, ut gregem Christi in via Christi duceret et dirigeret.

At Nobis, dum ad vos, Venerabiles Fratres, gregum vestrorum pastores, nunc verba facimus, in animo non est hic eximiam Sancti Pontificis atque Pastoris imaginem et speciem perfectam iterum depingere; memorare potius volumus — quemadmodum iam egimus ad Episcoporum magisterium et sacerdotium quod attinet — nonnulla, quae singulariter hisce nostris temporibus sacri pastoris exigunt nutum, vocem, operam.

Et primo sane nunc animadvertuntur habitus mentis et propensiones, quae *potestatem Episcoporum* — (Romano Pontifice haud excepto) —, prout ipsi pastores sunt gregis sibi concrediti, cohibere et circumscribere praesumunt. Eorum auctoritatem, curam et vigilantiam intra certos fines coarctant, qui spectant res stricte religiosas, veritates fidei nuntiandas, pietatis exercitationes moderandas, Ecclesiae sacramenta administranda et liturgicorum munerum functiones peragendas. Arcere autem volunt Ecclesiam ab omnibus inceptis et negotiis, quae veram, ut agitur, vitam, « la realtà della vita », quemadmodum ipsi aiunt, attingunt, cum haec posita sint extra eorum facultatem. Breviter, hic cogitandi habitus in publicis sermonibus nonnullorum laicorum catholicorum, etiam qui celso munere funguntur, interdum significatur, cum dicunt: « Episcopos et sacerdotes, libenter videmus, audimus, adimus in Templis, in iurisdictionibus eorum; at in foris publicis et in publicis aedibus, in quibus res huius vitae et terrae aguntur et decernuntur, eos videre et eorum vocem audire nolumus. Inibi enim nos laici, — nequaquam autem clerici, cuiusvis dignitatis et gradus, — sumus legitimi iudices ».

Contra ergo huiusmodi errores aperte firmiterque tenendum est: Ecclesiae potestas nequaquam « rerum stricte religiosarum », uti loqui solent, finibus continetur, sed tota quoque legis naturalis materia, institutio, interpretatio, applicatio, quatenus moralis earum ratio attenditur, in eius sunt potestate. Observatio enim legis naturae ex Dei ordinatione

spectat ad viam, qua homo ad finem suum supra naturam tendere debet. Iam vero Ecclesia est hac in via, ad finem quod attinet supra naturam, hominum dux et custos. Hunc modum agendi iam Apostoli, et postea, inde a primis temporibus, Ecclesia semper tenuit et etiam hodie tenet, et quidem non instar ducis et consiliarii privati, sed ex mandato et auctoritate Domini. Quare, cum agitur de praescriptis et sententiis, quas legitimi Pastores (scilicet Romanus Pontifex pro universa Ecclesia, Episcopi vero pro fidelibus suis curis commissis) in rebus legis naturae edunt, fideles non debent provocare ad effatum, (quod in sententiis privatorum adhiberi solet): « tantum valet auctoritas, quantum valent rationes ». Hinc, etsi cui argumentis allatis ordinatio quaedam Ecclesiae non evinci videtur, tamen, permanet obbligatio oboedientiae. Haec fuit mens, haec sunt verba Sancti Pii X in eius Epistola Encyclica *Singulari quadam* diei 24 Septembris 1912: [14] « Quiquid homo christianus agat, etiam in ordine rerum terrenarum, non ei licere bona negligere quae sunt supra naturam, immo oportere, ad summum bonum, tamquam ad ultimum finem, ex christianae sapientiae praescriptis, omnia dirigat: omnes autem actiones eius, quatenus bonae aut malae sunt in genere morum, id est cum iure naturali et divino congruunt aut discrepant, iudicio et iurisdictioni Ecclesiae subesse ». Et statim communem hanc regulam in materiam socialem transfert: « Causam socialem controversiasque ei causae subiectas... non mere oeconomicae esse naturae, proptereaque eiusmodi, quae componi, posthabita Ecclesiae autoritate, possint, quum contra verissimum sit eam (quaestionem socialem) moralem in primis et religiosam esse, ob eamque rem ex lege morum potissimum et religionis iudicio dirimendam ».[15]

Et in re sociali non una tantum, sed plures etiam eaeque gravissimae sunt quaestiones, sive mere sociales, sive sociales-politicae, quae ordinem ethicum, conscientias, salutem animorum spectant, ideoque minime dici possunt versari extra auctoritatem curamque Ecclesiae. Quin immo, etiam extra ordinem socialem occurrunt quaestiones, non stricte « religiosae », de rebus politicis sive ad singulas sive ad omnes nationes pertinentibus, quae ordinem ethicum attingunt, conscientias gravant, adeptionem finis ultimi haud levi periculo exponere possunt et persaepe exponunt. Ita quaestio de fine ac terminis potestatis civilis; de rationibus inter singulos homines et societatem; de « Statibus totalitariis », quos vocant, ex quovis principio ortis et deductis; de « totali laicisatione Status », uti dicitur, et vitae publicae; de plane efficienda

[14] *Acta Ap. Sedis*, vol. 4, 1912, pag. 658.

[15] *l. c.*, pag. 658-59.

scholae «laicisatione»; de natura ethica belli, de legitimo vel non legitimo bello, quale nostris temporibus geritur, et de viri religiosae conscientiae in eo adiutrici opera permittenda vel deneganda; de vinculis et rationibus ethicis, quibus Nationes mutue reguntur et tenentur.

Veritati rerum, quin etiam ipsi rectae rationi contradicit qui asserit haec, quae memoravimus, aliaque permulta eiusdem generis esse extra ordinem ethicum, ideoque esse, vel saltem esse posse extra potestatem Auctoritatis a Deo statutae, ut provideat iusto ordini, ut ducat et dirigat conscientias et actiones hominum recta via ad eorum finem ultimum; non sane « in abscondito » solum, intra parietes Templi et sacrarii, sed etiam, et multo magis, palam, nuntians «super tecta» (ut verbis Domini utamur[16]), in ipsa acie, in media pugna saeviente inter veritatem et errorem, inter virtutem et vitium, inter « mundum » et regnum Dei, inter principem huius mundi et mundi Salvatorem Christum.

Restat ut pauca quaedam addamus de *disciplina ecclesiastica*. Sciant oportet clerici et laici idoneam et legitimam esse Ecclesiam, et idoneos et legitimos esse pro fidelibus quemque sibi commissis intra communes iuris fines Ordinarios locorum ad disciplinam ecclesiasticam stabiliendam et urgendam, idest ad statuendum externum agendi et sese gerendi modum in iis quae externum ordinem spectant, neque vero sive ex natura rei sive ex institutione immediate divina originem habent et constituta sunt. Fas non est clericis aut laicis huic disciplinae se subducere, sed omnibus curae esse debet, ut disciplina ecclesiastica sincere servata Pastoris actio fiat facilior atque efficacior, coniunctio inter gregem et pastorem firmetur, in eodem grege sit pacificum consortium atque concors opera, alter alteri sit exemplo et adiutorio.

At, quae modo locuti sumus de Episcoporum iure, utpote pastorum ovium gregis sibi cuique commissi, in omnibus, quae tum ad religionem tum ad leges morum et ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, subsunt cuidam censurae, quae saepe latenter et surde obmurmurat, nec debitum sibi firmum animorum assensum obtinent, idcirco etiam quod discriminis plenam perturbationem adducunt alii hodierni temporis elatiores spiritus, quorum indicia hic plus illic minus patefiunt. Conscientia adeptae maioris personarum aetatis, quae magis in dies asseritur, efficit, ut nescimus quo aestu animi magis magisque agitentur et effervescant. Haud pauci huius aetatis, sive viri sive mulieres, Ecclesiae ductum et vigilantiam indignam putant gerendi se more, qui adultam addecet aetatem; non solummodo id dictitant, sed etiam penitus in sensu habent. Nolunt enim instar impuberum « sub tutoribus et acto-

[16] Cfr. Matth. 10, 27.

ribus » esse;[17] volunt existimari et tractari ut adulti, qui sui iuris sint et ipsi sibi statuant quid faciendum quidve omittendum quibuslibet in adiunctis rerum. Proponat Ecclesia — ita illi loqui non dubitant — doctrinae suae dogmata, promulget leges, quae actioni nostrae praesint. Verumtamen, cum haec ad singulorum vitam referenda adhibendaque sunt, tunc illa abstineat neque ullo modo se immisceat; sinat suo quemque fidelem iudicio et conscientia se gerere. Idque asseverant eo magis ita fieri oportere, quod Ecclesiam eiusque administros plerumque latet certus definitusque status rerum, latent scilicet summatim sumpta rerum adiuncta, sive quae intima hominis sive quae extrinseca spectant, in quibus singuli positi sunt et in quibus consilium capere sibique prospicere debent. Praeterea nolunt hi omnes in supremo et intimo consilio voluntatis suae ullum inter se ac Deum habere interpositum interpretem vel intercessorem cuiuscumque dignitatis et nominis sit. De hisce reprehensione dignis opinationibus abhinc duos annos in Allocutionibus, diebus 23 mensis Martii et 18 mensis Aprilis anno 1952 habitis, verba fecimus et eorum argumenta examinavimus.[18] De pondere et momento quod adeptae « maiori aetati personali » tribuitur, recte asseritur: iustum et aequum esse adultos non debere regi sicut pueros. Apostolus de se ipso dicit: « Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli ».[19] Non est vera educandi ars, quae aliam sequatur rationem et viam, neque est verus pastor animorum, qui alio intendat quam ut fideles sibi creditos provehat « in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi ».[20] Sed aliud omnino est adultum esse et evacuasse quae sunt parvuli; et aliud, esse adultum et ideo non obnoxium legitimae auctoritatis ductui et gubernationi. Gubernatio enim non est quasi quaedam tutela infantium, sed ductus efficax adultorum in finem civitatis.

At quoniam ad vos, Venerabiles Fratres, non ad fideles, loquimur, cum in vestro grege huiusmodi germina et indicia apparere et crescere incipiunt, fideles admonete: 1) Deum constituisse in Ecclesia pastores animorum, non ut onus imponant gregi, sed ut gregem promoveant et tueantur; 2) ductu et vigilantia pastorum in tuto poni fidelium veram libertatem; eos prohiberi a servitute errorum et vitiorum, firmari contra incitamenta ex pravis exemplis et ex consuetudine malorum hominum

[17] *Gal.* 4, 2.

[18] *Discorsi e Radiomessaggi*, vol. 14, 1952, pag. 19 et seq. - pag. 69 et seq.

[19] *I Cor.* 13, 11.

[20] *Eph.* 4, 13.

orientia, inter quos esse et vivere cogantur; 3) ideo eos agere contra prudentiam et caritatem sibi ipsis debitam, si hanc Dei quasi protensam manum et certissimum delatum auxilium recusent. Inter clericos autem et sacerdotes si quos inveneritis hoc falso studio ac more imbutos, opponite eis gravissima monita Decessoris Nostri Benedicti XV in hanc sententiam locuti: « Unum tamen est, quod praeteriri silentio non debet: quotquot enim sunt sacerdotes, omnes, uti filios Nobis penitus dilectos, volumus admonitos, quam plane opus sit, cum ad propriam ipsorum salutem, tum ad sacri ministerii fructum, eos quidem suo quemque Episcopo coniunctissimos esse, atque obsequentissimos. Profecto ab illa elatione animi et contumacia, quae horum est temporum, non omnes, ut supra deploravimus, vacant administri sacrorum; neque enim raro contingit Pastoribus Ecclesiae, ut dolorem et impugnationem inde inveniant, unde solatium et adiumentum iure exspectarint.[21]

Hactenus quaedam diximus de materia curae pastoralis; quaedam de personis in quorum emolumentum cura pastoris destinatur; non aequum est sermoni Nostro finem facere, non conversis aliquantulum cogitationibus Nostris ad ipsos Pastores. Ad Nos et ad vos Pastores illa Aeterni Pastoris referenda sunt sanctissima dicta: « Ego sum pastor bonus. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant ».[22] Ad Petrum autem Dominus dixit: « Si diligis me, pasce agnos meos, pasce oves meas ».[23] His pastoribus bonis opponit mercennarium, qui se suaque quaerit nec paratus est vitam dare pro grege;[24] opponit Scribas et Pharisaeos, qui regnandi et dominandi cupidi, propriam gloriam quaerentes, cathedram Moysi occupabant, alligabantque onera gravia et importabilia, et imponebant in humeros hominum.[25] De iugo autem suo Dominus dixit: « Tollite iugum meum super vos! Iugum enim meum suave est, et onus meum leve ».[26]

Ad officium pastorale fructuosum et efficax gerendum multum confert frequens ac mutua inter Episcopos communicatio. Ita in assequenda experientia inque usu rerum alius alium perficit; redditur maior regiminis similitudo, vitatur christifidelium admiratio, qui saepe non intellegunt cur in alia dioecesi res hoc modo se habeant, in alia autem, quae fortasse proxima ei adiacet, dissimili modo, quin etiam interdum prorsus

[21] Litt. Encycl. *Ad Beatissimi Apostolorum Principis*, die 1 Novembris 1914; *Acta Ap. Sedis*, vol. 6, 1914, pag. 579.

[22] Cfr. Io. 10, 11-10.

[23] Cfr. Io. 21, 15, 17.

[24] Cfr. Io. 10, 12-13.

[25] Cfr. Matth. 23, 1, 4.

[26] Cfr. Matth. 11, 29-30.

contrario. Ad haec autem consequenda plurimum possunt communes Coetus, qui fere ubique iam in usu sunt, et augustiore celebranda ritu Concilia provincialia et plenaria, quae in Codice iuris canonici constituta certisque legibus circumscripta sunt.

Ad hanc autem inter Fratres in Episcopatu coniunctionem et communicationem accedat oportet coniunctio et communicatio viva et frequens cum hac Apostolica Sede. Ex antiquissimis Christianitatis temporibus hic viget adeundi Sanctam Sedem usus, non tantum in rebus doctrinae fidei, sed etiam regiminis et disciplinae. Argumenta et exempla haud pauca exhibent antiqui historiae fontes. Romani autem Pontifices, sententiam rogati, non responderunt tamquam theologi privati, sed vi auctoritatis suae, sibi conscii potestatis, quam acceperunt a Christo Domino, regendi totum gregem et quamlibet eius partem. Idem eruitur ex factis et casibus, in quibus Romani Pontifices, non interrogati, controversias exortas diremerunt aut «dubia» ad suum iudicium advocaverunt. Haec ergo coniunctio et congruens rei communicatio cum Sancta Sede non oritur ex quodam studio omnia in unum cogendi et conformandi, sed ex iure divino et ex proprio ipsius constitutionis Ecclesiae Christi elemento. Neque cedit hoc in detrimentum, sed in emolumentum Episcoporum, quibus greges peculiares regendi concrediti sunt. Ex communicatione enim cum Sede Apostolica assequentur in « dubiis » lumen et securitatem, in difficultatibus subeundis adiumentum, in angustiis ferendis levamen et solacium. Contra ex Episcoporum ad Apostolicam Sedem « relationibus » haec ampliorem assequetur de statu universi gregis notitiam, melius citiusque cognoscet quae pericula immineant, quae remedia ad mala sananda adhiberi possint.

Venerabiles Fratres, Christus, pridie quam pateretur, pro Apostolis oravit Patrem, simulque pro omnibus in munere eorum apostolico successoribus: « Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos. Sicut Tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum... dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis ».[27]

Sic ergo Nos, consenior, Aeterni Pastoris in terris Vicarius, ad vos Fratres nostros, seniores,[28] et gregum vestrorum pastores, locuti sumus iuxta sepulcra Apostolorum Principis et Sancti Pontificis Pii X, et in extremo sermone Nostro memoris animi cogitationes iterum convertimus ad Missam « Si diligis », a qua sermo initium habuit, in cuius « praefatione » precamur: « ut gregem tuum, Pastor aeterne, non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut

[27] Io. 17, 11.18.26.

[28] *I Petr.* 5, 1.

iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti praeesse pastores »; et in altera oratione post communionem addimus: « Multiplica, quaesumus, Domine, in Ecclesia tua spiritum gratiae, quem dedisti, ut beati Pii Summi Pontificis deprecatione, nec pastori oboedientia gregis nec gregi desit cura pastoris! ».

Quod faxit vobis omnibus Deus secundum divinae suae largitatis mensuram!

NUNTII RADIOPHONICI

I

IIS QUI INTERFUERUNT CONVENTUI INTERNATIONALI MARIOLOGICO-MARIANO, ROMAE HABITO. *

Inter complures salutaresque religionis fructus, quos, cum Marialem Annum ubique gentium celebrandum indiximus, animus praestolabatur Noster, id praecipue in votis erat, ut singularis Dei Genetricis dignitas, eiusque praeclara munera ac privilegia altiore investigarentur ratione, clarioreque luce christiano populo proponerentur. Quamobrem haud sine magna animi delectatione initum consilium percepimus Mariologici Conventus sub exitum Marialis Anni in hanc Almam Urbem cogendi; quod quidem inceptum non tantum adprobavimus, sed peculiari etiam favore prosecuti sumus Nostraque Benedictione munivimus. Nunc autem, cum sollemnis huiusmodi consessus celebraretur initium, haud mediocri Nobis solatio est lectissimum tot doctorum virorum salutare coetum, paterneque vos alloqui, dilectissimi Filii, qui ex omnibus orbis catholici partibus Romam convenistis, ut prope Apostolorum Principis sepulcrum, eiusque auspiciis cui dictum est « Confirma fratres tuos », [1] de tantae Virginis et Matris honore, gratia, potentia, ad sacrae doctrinae normas, scite eruditeque disseratis.

Mariologia, utpote quae inter theologicas disciplinas adnumeretur, id imprimis postulat, ut solidis theologicae doctrinae fundamentis innitatur, idque eo magis requiritur, quo profundior fit investigatio et quo accuratius veritates ad Mariologiam spectantes inter se et cum ceteris sacrae theologiae veritatibus comparantur et conectuntur, quemadmodum laudabili studio fieri coeptum est post Immaculatae Conceptio-

* Datus die 24 Octobris mensis a. 1954.

[1] Luc. 22, 32.

nis B. M. V. dogma a Decessore Nostro Pio IX sollemniter definitum, atque nostris temporibus non sine uberiore in dies fructuum copia contingit. Huiusmodi autem investigationes non semper faciles ac perviae sunt, cum ad eas peragendas perficiendasque conspirent cum « positivae » quas vocant, tum « speculativae » disciplinae, quae suis quaeque rationibus ac legibus reguntur. Investigandi vero labor, ad Mariologiam etiam quod attinet, eo tutior eoque fecundior procedet, quo magis omnium ante oculos versabitur illa quae « in rebus fidei et morum cuilibet theologo proxima et universalis veritatis norma »[2] statuitur, sacrum nempe Ecclesiae Magisterium. Hoc enim — ut in Encyclicis Litteris *Humani generis* exposuimus — Deus Ecclesiae suae «dedit ad ea quoque illustranda et enucleanda, quae in fidei deposito nonnisi obscure ac veluti implicite continentur ».[3] Quod quidem depositum authentice illustrandum atque interpretandum Divinus Redemptor uni concredidit Magisterio Ecclesiae; thologis autem grande incumbit munus, idem depositum, ex Ecclesiae mandato eiusque ductu, penitius investigandi, singularumque veritatum naturam, nexum, ad sacrae doctrinae normas, perscrutandi atque explicandi.[4]

Quo in munere exsequando, diligenter ratio habenda est utriusque doctrinae catholicae fontis, Sacrarum nempe Scripturarum et « Traditionis ». Plura sane eademque praeclara Sacrae Litterae de Beatissima Virgine enarrant, in libris cum Veteris tum Novi Foederis; quin immo excellentissima eius munera ac dona, hoc est virginalis Maternitas, intaminata Sanctitas, illic expressis verbis asseverantur, ipsiusque Virginis imago fere ac lineamenta vivis coloribus describuntur. At vehementer a veritate deerrat, qui se ex Sacris Scripturis tantummodo Beatissimae Viriginis dignitatem ac sublimitatem plene definire recteque explicare posse censet, vel qui easdem Sacras Litteras apte explanari posse arbitratur. « Traditionis » catholicae et Magisterii sacri non satis habita ratione. Quodsi uspiam, heic praesertim ea obtinent, quae alias diximus, hoc est « theologiam positivam quae dicitur, scientiae dumtaxat historicae aequari non posse ».[5]

Neque itidem « Traditionis » documenta investigare atque explicare licet, sacro Magisterio et Ecclesiae vita et cultu, prouti per saeculorum decursum manifestantur, neglectis vel parvihabitis. Interdum enim singula antiquitatis documenta, cum in se ipsa tantum perspiciuntur, pa-

[2] Litt. Enc. *Humani generis*: *A. A. S.*, XLII (1950), p. 567.

[3] Ibid.,569.

[4] Cfr. Alloc. ad Emos Card. et Excmos Episcopos d. d. 31 Maii 1954: *A. A. S.*, XLVI (1954), p. 314 s.

[5] Litt. Enc. *Humani generis*: l. c. p. 569.

rum lucis afferunt; quodsi cum vita Ecclesiae liturgica, atque cum populi christiani fide, devotione ac pietate — quas idem Magisterium sustinet ac dirigit — coniuguntur et comparantur, splendida catholicae veritatis evadunt testimonia. Revera Ecclesia, omnibus vitae suae saeculis, non solum in fide docenda et definienda, sed etiam in suo cultu atque in christifidelium pietatis ac devotionis exercitiis a Spiritu Sancto regitur et custoditur, et ab eodem Spiritu « ad revelatarum veritatum cognitionem infallibiliter dirigitur ».[6] Quapropter etiam mariologicae disciplinae cultores, cum sive superioris sive praesentis aetatis testimonia et documenta pervestigant atque perpendunt, perpetuum illum semperque efficacem Spiritus Sancti ductum ante oculos omnino habeant oportet, ut dictorum factorumque vim et momentum recte expendant atque proponant.

Hisce normis sancte observatis, Mariologia veros atque permansuros faciet progressus, in Beatissimae Virginis muneribus ac dignitate penitius in dies perscrutandis. Ita etiam haec disciplina recta illa media via procedere poterit, qua et ab omni falsa et immodica veritatis superlatione caveat et ab illis se segreget, qui vano quodam agitantur timore, ne Beatissimae Virgini plus aequo concedant aut, ut non raro dictitant, Matre honorata et pie invocata, ipsi Divino Redemptori aliquid honoris et fiduciae detrahant. Etenim Beata Dei Genetrix, quippe quae ipsa quoque ab Adamo descendat, nullum habet privilegium nullamque gratiam quam non debeat Filio suo, generis humani Redemptori; atque adeo, Matris excelsa dona mirantes ac rite celebrantes, ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem, potentiam miramur et celebramus, neque umquam Filio displicebit, quidquid in laudem Matris, ab ipso tot gratiis cumulatae, fecerimus. Ea vero, quae Filius Matri suae largitus est, tanta sunt, ut omnium hominum et angelorum dona et gratias immense superent, cum nulla umquam dignitas dari possit quae divinam Maternitatem excedat aut aequet; Maria enim, ut Angelicus Doctor ait, ex hoc quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito quod est Deus.[7] Etsi verum est Beatissimam Virginem quoque, uti nos, Ecclesiae esse membrum, tamen non minus verum est eam esse Corporis Christi Mystici membrum plane singulare.

Vehementer igitur cupimus, dilectissimi Filii, ut has normas ob oculos habentes, quae pertractanda in coetibus vestris suscepistis, eadem erudite, docte, scite pieque disseratis et disputetis; idque tandem vires vestrae in unum coalescentes efficiant, ut, quod omnium in votis est,

[6] Constitutio Apost., *Munificentissimus*: *A. A. S.*, XLII (1950), p. 769.
[7] Cfr. *Summa Theol.*, p. I, q. 25 a. 6, ad 4.

Beatissimae Mariae dei nostraeque Matris laudes, Divinique Redemptoris honor, qui tantis gratiis muneribusque eam ornavit et auxit, incrementa exinde capiant amplissima.

Quoniam vero nihil perfici potest humano labore et industria, nisi faveat et adspiret operi Deus, ultro preces Nostras adiungimus, ut ipse vobis propitius adsit sapientae suae luminibus et gratiae praesidiis, quorum in auspicium Nostraeque benevolentiae testimonium Apostolicam Benedictionem vobis singulis universis peramanter in Domino impertimus.

II

CHRISTIFIDELIBUS E TOTA HISPANIA OB CONVENTUM NATIONALEM MARIALEM CAESARAUGUSTAE COADUNATIS. *

Venerables Hermanos y amados hijos que, clausurando vuestro Congreso Mariano Nacional, consagráis vosotros mismos y vuestra patria toda al Inmaculado Corazón de María:

¿Quién Nos pudiera dar en estos momentos que, así como con Nuestra voz conseguimos hacernos presentes en medio de vosotros, lo pudiéramos hacer igualmente con Nuestros ojos y Nuestros oídos, para escuchar el voltear de las campanas de toda España, las salvas de honor, los vítores y las aclamaciones, los suspiros y las plegarias que suben a lo alto; para ver a todo un pueblo agolpándose ante los altares de su Madre y Señora y ofreciéndole su corazón y su vida? « Bienaventurados los ojos que ven lo que vosotros véis y los oídos que oyen lo que vosotros oís ». [1]

Porque España ha sido siempre, por antonomasia, la « tierra de María Santísima » y no hay un momento de su historia, ni un palmo de su suelo, que no estén señalados con su nombre dulcísimo. La histórica catedral, el sencillo templo o la humilde ermita a Ella están dedicadas; y si quisiéramos sólamente evocar, según se Nos vienen a las mientes, algunas de las advocaciones principales, que como piedras preciosas en manto riquísimo son ornamento del territorio español: Covadonga, Begoña y Monserrat; la Peña de Francia, la Fuencisla y Monsalud; la Almudena, el Sagrario y los Desamparados; Guadalupe, los Reyes y las Angustias, Nos parecería o que estábamos recorriendo la topografía nacional o que ibamos fijando los hitos principales de la historia de España. Eran pinceles españoles los de Juan de Juanes, Zurbarán, el Greco y Murillo; y por eso rivalizaron en representarla a cual más hermosa.

* Datus die 12 Octobris mensis a. 1954.

[1] Cfr. MATTH. 13, 16.

Gubias y cinceles españoles fueron los de Gregorio Hernández, Alonso Cano, Martínez Montañés y Salcillo y por serlo no pudieron menos de estar dedicados de modo especial al servicio de su Madre amantísima. Y si es un Rey Santo el que cabalga para conquistar Sevilla, irá con Nuestra Señora en el arzón; y si son proas castellanas las que, precisamente tal día como hoy, violan el secreto de las tierra americanas, sobre una de ellas irá escrito necesariamente el nombre de « Santa María », ese nombre que luego el misionero y el conquistador irán dejando en la cima inaccesible, en el centro de la llanura sin fin o en el corazón de la selva impenetrable, para que sea también allí fuente de gracia y de bendición.

Pero entre tántas advocaciones, Venerables Hermanos y amados hijos, acaso ninguna para vosotros tan entrañable, ni tan enraizada en vuestra carne misma, como esa Virgen Santísima del Pilar, que en estos instantes tenéis ante los ojos.

¡ Y tu — oh Zaragoza — ne serás ya insigne por tu privilegiada posición, por tu cielo purísimo o por tu rica vega, « *loci amoenitate, deliciis praestantior civitatibus Hispaniae cunctis* », como la llama el gran Isidoro de Sevilla; no lo serás por tus magníficos edificios, donde galanamente se salta sin desentonar de los primores mozárabes a las elegancias plateresca; no lo serás por haber oído el paso cadencioso de las legiones romanas o por el aliento indomable que te sostuvo « siempre heroica » en los heroicos sitios; lo serás por tu tradición cristiana, por tus Obispos, Felix, en pluma de S. Cipriano « *fidei cultor ac defensor veritatis* »,[2] S. Valero y S. Braulio; por Sta. Engracia y los Mártires innumerables, a los cuales podemos añadir el santo niño, embellecido también con la púrpura de su sangre, Dominguito del Val; lo serás, sobre todo, por esa columna contra la cual, rodando los siglos, como contra la roca inconmovible que, en el acantilado, desafía y doma las iras del mar, se romperán las oleadas de las herejías en el período gótico, las nuevas persecuciones de la dominación arábiga y la impiedad de los tiempos nuevos, resultando así cimiento inquebrantable, inexpugnable valladar e insuperable ornamento, no sólo de una nación grande, sino también de toda una dilatada y gloriosa estirpe! « Yo he elegido y santificado esta casa — parece decir Ella desde su pilar — para que en ella sea invocando mi nombre y para morar en ella por siempre »; [3] y toda la Hispanidad, representada ante la Capilla angélica por sus airosas banderas, parece que le responde: « Y nosotros te prometemos quedar de guardia

[2] Ep. 67, n. 6 - ed. Guil. Hartel, in *Corp. Script. Eccles. Latin.*, vol. III, p. 2, Vindob. 1871, p. 740, 10-11.

[3] Cfr. *2 Paral.* 7, 16.

aquí, para velar por tu honra, para serte siempre fieles y para incondicionalmente servirte ».

Pero hoy vosotros, Venerables Hermanos y amados hijos, si habéis venido aquí, si os habéis reunido en todos los centros marianos de la nación, ha sido con una intención precisa: evocando aquella jornada inolvidable en el Cerro de los Angeles, de 1919, donde España se consagró al Corazón Sacratísimo de Jésus, os habeís hoy querido consagrar al de María, en la confianza de que, en esta hora ardua de la humanidad, Dios querrá salvar al mundo por medio de aquel Corazón Inmaculado.

¡Bien merece sin duda ninguna, hijos amadísimos, esta manifestación de vuestra piedad al Corazón Purísimo de la Virgen, sede de aquel amor, de aquel dolor, de aquellos altísimos afectos, que tanta parte fueron en la redención nuestra, principalmente cuando Ella « *stabat iuxta Crucem* », velaba en pie junto a la Cruz;[4] bien lo merece aquel Corazón, símbolo de toda una vida interior, cuya perfección moral, cuyos méritos y virtudes escaparían a toda humana ponderación! Y bien justo es también que lo hagáis vosotros, si no fuera por otra razón, por ser la patria de San Antonio María Claret, apóstol infatigable de esta devoción, que Nós mismo hemos elevado al honor máximo de los altares.

Pero Nós creemos que hoy más que nunca, precisamente porque las nubes cargan sobre el horizonte, precisamente porque en algunos momentos se diría que las tinieblas van borrando aún más los caminos, precisamente porque la audacia de los ministros del averno parece que aumentan más y más; precisamente por eso, creemos que la humanidad entera debe correr a este puerto de salvación, que Nós le hemos indicado como finalidad principal de este Año Mariano, debe refugiarse en esta fortaleza, debe confiar en este Corazón dulcísimo que, para salvarnos, pide sólamente oración y penitencia, pide sólamente correspondencia.

Prometédsela vosotros, hijos amadísimos de toda España; prometedle vivir una vida de piedad cada día más intensa, más profunda y más sincera; prometedle velar por la pureza de las costumbres, que fueron siempre honor de vuestra gente; prometedle no abrir jamás vuestras puertas a ideas y a principios, que por triste experiencia bien sabéis dónde conducen; prometedle no permitir que se resquebraje la solidez de vuestro alcázar familiar, puntal fundamental de toda sociedad; prometedle reprimir el deseo de gozos inmoderados, la codicia de los bienes de este mundo, ponzoña capaz de destruir el organismo más robusto y mejor constituído; prometedle amar a vuestros hermanos, a todos vuestros hermanos, pero principalmente al humilde y al menesteroso, tantas veces

[4] Io. 19, 25.

ofendido por la ostentación del lujo y del placer! Y Ella entonces seguirá siempre siendo vuestra especial protectora.

Ante vuestro trono, pues, oh Madre Santísima del Pilar, — diremos parafrasando las palabras por Nós mismo pronunciadas en ocasión solemnísima [5] — Nós, como Padre común de la familia cristiana, como Vicario de Aquel, a quien fué dado todo poder en el cielo y en la tierra, a Vos, a Vuestro Corazón Inmaculado confiamos, entregamos y consagramos no sólo toda esa inmensa multitud ahí presente, sino también toda la nación española, para que vuestro amor y patrocinio acelere la hora del triunfo en todo el mundo del Reino de Dios y todas las generaciones humanas, pacificadas entre sí y con Dios, Os proclamen bienaventurada, entonando con Vos, de un polo al otro de la tierra, el eterno « Magnificat » de gloria, amor y gratitud al Corazón de Jesús, único refugio donde pueden hallarse la Verdad, la Vida y la Paz.

Que la bendición del cielo, de la que quiere ser prenda la Bendición Nuestra, descienda sobre todos vosotros: sobre Nuestro dignísimo Cardenal Legado; sobre el Jefe del Estado; sobre todos Nuestros Hermanos en el Episcopado ahí presentes; sobre todas las Autoridades; sobre el clero, religiosos y fieles que están en estos momentos oyéndonos y sobre tada la nación española, a la cual contínuamente deseamos toda clase de bienes y de prosperidades.

III

CHRISTIFIDELIBUS URUQUARIAE OB CONVENTUM ARCHIDIOECESANUM MARIALEM IN URBE MONTISVIDEO COADUNATIS. *

Venerables Hermanos y amados hijos que, reunidos en la bella y bien emplazada Montevideo, clausuráis vuestro primer Congreso Mariano archidiocesano, organizado para celebrar más dignamente y con mayor fruto este Año Mariano universal, que ya va acercándose a su término, entre imponentes manifestaciones de piedad y de amor a la Madre de Dios.

Es esta la primera vez que, a través de las ondas etéreas, Nos hacemos presentes de nuevo con Nuestra voz, en medio de vosotros, después de aquella inolvidable mañana otoñal — de la que pronto van a cumplirse los cuatro lustros — cuando, a la vuelta de las grandiosas jornadas eucarísticas de Buenos Aires, tuvimos el inmenso placer de vivir unas horas

[5] Cfr. *Disc. y radiom.*, t. IV, pag. 260.

* Datus die 12 Octobris mensis a. 1954.

con vosotros, tan breves como preciosas. Entornamos los ojos y aún Nos parece admirar vuestra magnífica ciudad, suavemenete recostada en la península graciosa, que parece servirle de escalinata hacia aquel imponente estuario que allí mismo se abre al mar, bajo su intenso cielo azul, con sus espaciosas y elegantes avenidas rebosantes de un gentío entusiasta que aplaude y aclama; ¡la « Muy fiel y reconquistadora Ciudad de Montevideo » que difícilmente podríamos apartar de Nuestra memoria!

Pero, ¿a quién aplaude, a quién aclama, a quién dirige ella sus himnos y sus lágrimas en estos momentos? Y vemos avanzar sobre todas las cabezas, amable y sonriente, distribuyendo consuelos y gracias, la « Virgen de la Fundación », la que probáblemente ha presidido el nacimiento, las horas primeras y los momentos más transcendentales de su azarosa y accidentada vida, la que ahora acaba de recorrer todas vuestras Parroquias, todas vuestras Iglesias, todos vuestros hogares; la que ha oído vuestras promesas de honrarla siempre con el Rosario en familia; y ¡con cuánto consuelo hemos venido a saber, que no se daba abasto a proveer de imágenes suyas para las fachadas de vuestras casas, porque iban mucho más allá vuestros piadosos deseos! Obrando así, os proclamáis hijos legítimos de aquel grande Artigas, tan devoto siempre de la Virgen del Carmen y que tánto se consolaba rezando el Santo Rosario en sus últimos años de vejez y de forzoso retiro; hermanos auténticos de aquellos próceres, que el 14 de Junio de 1825 inclinaban sus banderas ante la Virgen del Pintado, o Virgen de los Treinta y Tres, como si quisieran reconocerla capitana de sus futuras empresas. Obrando así, os parecerá que cumplís su glorioso testamento: « *Honorem habebis matri tuae omnibus diebus* » honra siempre, a tu madre todos los días de tu vida.[1]

¡Volved, sí, volved, hijos amadísimos, los ojos y los corazones a esta Madre de misericordia, vida, dulzura y esperanza nuestra; volvedlos principalmente en este misterio de su Inmaculada Concepción, de cuya proclamación dogmática estamos conmemorando el centenario, y sentiréis que en vuestro pecho se reafirman las verdades fundamentales de nuestra santa fe; de una fe que luego redundará en la intensificación de vuestra vida cristiana, desde lo más recóndito de vuestra actividad familiar hasta las más públicas manifestaciones de vuestro ser en las esferas profesional y social; de una fe, cuyos deseadísimos frutos han de ser la santidad de la vida matrimonial, el aumento de las vocaciones sacerdotales, la pureza de las costumbres y la implantación de una au-

[1] *Tob.* 4, 3.

téntica justicia cristiana y social, a cuya sombra acogedora todos os sintáis realmente hermanos.

Se precia vuestra nación de sus instituciones; pues bien, en toda sabia organización pública, ha de haber siempre un puesto preferente para el sincero espíritu religioso, porque él, como ninguno, es el que ha de enseñar al ciudadano cuáles son sus deberes fundamentales; el que ha de inspirarle aquella única y sincera fraternidad, que surge tan sólo de la común filiación divina.

Es vuestro país una tierra rica y próspera, de campos ondulados y ubérrimos, regados por incontables venas líquidas que llevan por doquier no sólo la fertilidad, sino también el encanto y la poesía; todo ese progreso material quedaría incluso minado por su misma base y representaría hasta un peligro, si no fuese acompañado de un paralelo y armónico progreso espiritual, que aleje los peligros de la codicia, de la molicie y de toda la destrucción, que suele traer consigo el reino absoluto del materialismo.

Sois, finalmente, un pueblo orgulloso de su historia; pues bien en esa historia, donde las letras han florecido a la sombra de las armas, no se pueden olvidar los nombres del párroco Silverio Antonio Martínez, que lanzó el primer grito de independencia; de Dámaso Antonio Larrañaga, de personalidad enciclopédica; y, ya en nuestros días, del gran católico Juan Zorrilla San Martín, cuyos cantos han conseguido la más dulce expresión de vuestra literatura. Y Nos es grato recordar que las primeras raíces de vuestra literatura hay acaso que ir a encontrarlas en los restos perdidos que, procedentes de las lejanas reducciones jesuíticas del interior, bajaban también en las balsas y en los lanchones a lo largo del Uruguay.

La Virgen Santísima ama especialmente a vuestra patria, hijos queridísimos, come también singularmente la amó aquel insigne Predecesor Nuestro, que tuvo la gloria de proclamar su Concepción Inmaculada; y si habéis comenzado la gran Misión preparatoria del Congreso en la Parroquia de la Medalla Milagrosa, ha sido para recordar que el mismo día 18 de Julio de 1830, en que se juraba vuestra Constitución, se aparecía Ella benignamente a su predilecta hija, Santa Catalina Labouré.

Y hoy vosotros, como corona de tántas solemnidades, os queréis consagrar para siempre a su Corazón Inmaculado — canal dulcísimo de todos los bienes — para corresponder a tánto maternal amor y para proclamar en voz alta vuestra fe. Pasa por el mundo una hora obscura y las nieblas no acaban nunca de aclararse; por el contrario, acá y allá, resuenan de cuando en cuando los clarinazos con que los enemigos de

Dios celebran una victoria nueva, mientras que los buenos parecen no poco desorientados, faltos acaso de la necesaria unión. Precisamente por eso Nuestra esperanza es cada vez más firme y cada vez más fervorosa Nuestra oración a la Reina de los cielos, como si sólamente de su mano esperásemos toda la salvación, Ella que nunca ha dejado de ser la « *Auxilium Christianorum* ». Precisamente por eso Nuestro corazón de padre se alegra y se regocija al contemplar espectáculos como el que vosotros en esto momentos ofrecéis.

Que la bendición de lo alto, de la que quiere ser prenda esta Bendición Nuestra, descienda sobre vosotros: sobre el dignísimo Hermano Nuestro, celosísimo Pastor de vuestras almas, con todos Nuestros demás Hermanos en el Episcopado que le acompañan; sobre los sacerdotes, religiosos y religiosas lo mismo que sobre las Autoridades y sobre todo el amado pueblo uruguayo, especialmente sobre esta archidiócesis de Montevideo; sobre cuantos por medio de la radio oigan Nuestra voz, que quiere ser, como siempre, mensajera de gracia, de amor y de paz.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 23 Iunii 1954 — Titulari episcopali Ecclesiae Prusiensi praefecit R. D. Iosephum Vincentium Távora, presbyterum e S. Sebastiani Fluminis Ianuarii archidioecesi, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Camara, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

die 22 Iulii — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Philippopolitanae in Thracia R. D. Franciscum Seper, ex archidiocesi Zagrabiensi, quem constituit Coadiutorem etiam sedi datum Emi ac Revmi P. D. Aloysii S. R. E. Cardinalis Stepinac, Archiepiscopi Zagrabiensis.

die 26 Iulii — Cathedrali Ecclesiae noviter erectae S. Andreae in Brasilia Exc. P. D. Georgium Marcos de Oliveira, hactenus Episcopum titularem Bagenum.

die 24 Augusti — Cathedrali Ecclesiae Garanhunensi Exc. P. D. Franciscum Expeditum Lópes, hactenus Episcopum Oeirensem.

die 28 Augusti — Titulari episcopali Ecclesiae Febianensi Revmum D. Antonium de Campos, canonicum Capituli patriarchalis Lisbonensis et parochum paroeciae vulgo « Estrela », quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Gonçalves Cerejeira, Patriarchae Lisbonensis.

die 30 Septembris — Titulari episcopali Ecclesiae Euroeensi in Epiro Revmum D. Ioannem Pereira Venancio, Pro Vicarium Generalem dioecesis Leiriensis et canonicum Capituli cathedralis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Alves Correia da Silva, Episcopi Leiriensis.

die 7 Octobris — Cathedrali Ecclesiae Mariliensi, noviter erectae, Exc. P. D. Hugonem Bressane de Araujo, hactenus Archiepiscopum titularem Cotradensem, cui servavit Archiepiscopalem titulum *ad personam*.

die 11 Octobris — Cathedrali Ecclesiae Guayaquilensi Exc. P. D. Caesarem Antonium Mosquera Corral, hactenus Episcopum Ibarrensem.

die 22 Octobris — Cathedrali Ecclesiae S. Isidori, noviter erectae, R. D. Delphinum Quesada Castro, vicarium foraneum et parochum oppidi vulgo « Puntarenas » in dioecesi Alajuelensi.

die 23 Octobris — Cathedrali Ecclesiae Resistenciae Exc. P. D. Henricum Rau, hactenus Episcopum titularem Voncariensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Nicolai de Los Arroyos, noviter erectae, Exc. P. D. Silvinum Martínez, hactenus Episcopum titularem Canathenum.

die 27 Octobris — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Antiochenae in Pisidia Exc. P. D. Iosephum Bueno y Monreal, hactenus Episcopum Victoriensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Segura y Sáenz, Archiepiscopi Hispalensis.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Thomae Gutiérrez Díez, Episcopi Gadicensis et Septensis, constituit Exc. P. D. Antonium Añoveros Ataún, Episcopum tit. Tabudensem, hactenus Auxiliarem Exc. P. D. Angeli Herrera y Oria, Episcopi Malacitani.

die 28 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Arcenae R. P. D. Ioannem Rupp, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Mauritii S. R. E. Cardinalis Feltin, Archiepiscopi Parisiensis et Ordinarii fidelium ritus orientalis in Gallia.

die 29 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Baiocensi Exc. P. D. Andream Jacquemin, hactenus Episcopum titularem Cartennitanum.

die 30 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamiathitanae Rev. D. Eugenium Beitia Aldazabal, Auditorem Rotae Nuntiaturae Apostolicae in Hispania, e dioecesi Flaviobrigensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Mariae Alcaráz Alenda, Episcopi Pacensis.

die 1° Novembris — Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensi Exc. P. D. Ioannem Baptistam Montini, e dioecesi Brixiensi, Prosecretarium Status pro Ordinariis Ecclesiae Negotiis.

die 6 Novembris — Titulari episcopali Ecclesiae Gergitanae Revmum D. Octavium Aguiar, parochum oppidi vulgo « Limoerio » in dioecesi Nazarensi in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Delgado, Archiepiscopi S. Ludovici in Maragnano.

die 10 Novembris — Titulari episcopali Ecclesiae Verbianae Exc. P. D. Edmundum Franciscum Gibbons, hactenus Episcopum Albanensem in America.

II. Calabocensis - S. Christophori in Venezuela (S. Ferdinandi Apurensis). *Providentissimo Redemptoris.* – A dioecesibus Calabocensi et S. Christophori in Venezuela pars separatur et in novam erigitur Praelaturam « *nullius dioecesis* », quae S. Ferdinandi Apurensis nuncupabitur. – 7 Iunii 1954 . . . . . pag. 643

III. Banguensis (Bangassuensis). *Cum pro certo.* – Ab Apostolico Banguensis Vicariatu quaedam territorii pars separatur ex qua nova efficitur Praefectura Apostolica, « Bangassuensis » nuncupanda. – 14 Iunii 1954 . 646

IV. Huelvensis. *Cum sit proprium.* – In cathedrali templo Huelvensi Canonicorum Collegium constituitur. – 4 Iulii 1954 648

Litterae Apostolicae

Decus urbis Bononiae. – Titulus ac privilegia Basilicae Minoris conferuntur ecclesiae Bononiensi B. Mariae V. sacrae, Ordini Servorum Mariae concreditae. – 17 Martii 1954 . . . 650

Epistulae

I. *Ineunte mense proximo.* – Ad Emum P. D. Henricum tit. S. Petri in Monte Aureo S. R. E. Presb. Cardinalem Pla y Deniel, Archiepiscopum Toletanum, qui Legatus deligitur ad Conventum Marialem e tota Hispania, Caesaraugustae indictum. – 24 Septembris 1954 652

II. *Proximo Octobri mense.* – Ad Emum P. D. Angelum Iosephum tit. S. Priscae S. R. E. Presb. Cardinalem Roncalli, Venetiarum Patriarcham, quem Legatum mittit ad Marialem Conventum e tota Libani natione in Berytensi urbe inductam. – 30 Septembris 1954 653

III. *Je me suis élevée.* – Ad Excmos PP. DD. Antistites Sacros et christifideles Libanensis nationis, ob Conventum Marialem in Berytensi urbe indictum. – 18 Octobris 1954 . . . pag. 654

IV. *Superiore anno.* – Ad Emum P. D. Emmanuelem tit. Sanctorum Marcellini et Petri S. R. E. Presb. Cardinalem Gonçalves Cerejeira, Patriarcham Lisbonensem, quinque ab inito patriarchatu atque Cardinalatu lustra peracturum. – 30 Octobris 1954 657

Allocutiones

I. Christifidelibus e tota Sicilia ob Conventum Marialem regionalem Panormi coadunatis. – 17 Octobris 1954 . 658

II. In sollemni proclamatione novi festi liturgici B. Mariae V. Caeli terraeque Reginae, in Basilica Vaticana peracta. – 1 Novembris 1954 . . . 662

III. Emis PP. DD. Cardinalibus atque Excmis PP. DD. Sacrorum Antistitibus qui pridie proclamationi interfuerunt novi liturgici festi Deiparae Mariae Caeli terraeque Reginae, ab Ipso Summo Pontifice in Basilica Vaticana peractae. – 2 Novembris 1954 666

Nuntii Radiophonici

I. Iis qui interfuerunt Conventui Internationali Mariologico-Mariano, Romae habito. – 24 Octobris 1954 . . 677

II. Christifidelibus e tota Hispania ob Conventum Nationalem Marialem Caesaraugustae coadunatis. – 12 Octobris 1954 680

III. Christifidelibus Uruquariae ob Conventum Archidioecesanum Marialem in urbe Montisvideo coadunatis. – 12 Octobris 1954 683

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 687

LIBRERIA EDITRICE VATICANA – CITTÀ DEL VATICANO

PIO XII

ENCYCLICA "AD CAELI REGINAM"

Editio anglica, gallica, germanica, hispanica, italica, lusitanica

L. 80 ($ 0,15)

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

CITTÀ DEL VATICANO

BIBLIA SACRA IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

X - LIBER PSALMORUM

1953, pp. XVI-300, L. 4.000 ($ 8)

COLLECTANEA BIBLICA LATINA

X - D. R. WEBER. LE PSAUTIER ROMAIN ET LES AUTRES ANCIENS PSAUTIERS LATINS

Edition critique, 1953, pp. XXIV-412, L. 3.000 ($ 6)

XI - D. H. DE SAINTE-MARIE. SANCTI HIERONYMI PSALTERIUM IUXTA HEBRAEOS

Edition critique, 1954, pp. LXXII-262, L. 2.500 ($ 5)

Grâce à la publication presque simultanée de ces trois volumes, il est désormais possible de suivre l'évolution du texte latin des Psaumes depuis les traductions anciennes anonymes des III^e^ - IV^e^ s. jusqu'à la version faite par S. Jérôme sur l'hébreu au début de son séjour à Bethléem. Le Psautier dit Gallican se situe, comme on le sait, dans une position intermédiaire: conservant beaucoup du texte du Psautier Romain qui le précède, il présente des corrections faites d'après les Hexaples d'Origène, sorte d'acheminement au *iuxta Hebraeos*. Il réussit à supplanter peu à peu le Psautier Romain dans la liturgie, tandis que le Psautier *iuxta Hebraeos* restait un texte destiné à l'étude.

Le volume de D. Weber offre la première édition critique du Psautier Romain et les variantes par rapport à lui d'une quinzaine de Psautiers archaïques fort imparfaitement connus jusqu'ici. On trouvera là notamment les leçons du Psautier de Vérone, très proche du texte employé par S. Augustin, celles du Psautier mozarabe et du milanais.

Les deux Psautiers Gallican et *iuxta Hebraeos* ont été collationnés sur les mss. les plus anciens, non encore utilisés, et sur quelques mss. médiévaux qui permettent de suivre l'histoire du texte jusqu'aux premières éditions. Cette histoire a été en outre étudiée de près et d'une façon toute nouvelle dans l'importante Introduction du *iuxta Hebraeos*.

Les index détaillés qui terminent les deux volumes des *Collectanea* apportent un précieux complément aux Concordances bibliques où ne figure que le texte du Gallican; elles permettront aux philologues de contrôler l'évolution du latin chrétien au cours du IV^e^ s. Cette triple édition ouvre la voie à une nouvelle étape dans l'étude de la Bible latine.

Biblia Sacra iuxta lat. Vulgatam versionem:

I	Liber Genesis, 1926 . .	L. 3.000 ($ 6)
II	Libri Exodi et Levitici, 1929	» 3.000 ($ 6)
III	Libri Numerorum et Deuteronomii, 1936	» 3.000 ($ 6)
IV	Libri Iosue, Iudicum, Ruth, 1939	» 3.000 ($ 6)
V	Liber Samuhelis, 1944 .	» 3.000 ($ 6)
VI	Liber Malachim, 1945 * .	» 3.000 ($ 6)
VII	Liber Verborum Dierum, 1948	» 3.000 ($ 6)
VIII	Libri Ezrae, Tobiae, Iudith, 1950	» 3.000 ($ 6)
IX	Libri Hester et Iob, 1951	» 3.000 ($ 6)
X	Liber Psalmorum, 1953 .	» 4.000 ($ 8)

Collectanea Biblica Latina:

I	D. A. AMELLI: *Liber Psalmorum iuxta antiquissimam latinam versionem ex Casin. cod. 557*, 1912 .	L. 1.000 ($ 2)
II	H. J. VOGELS: *Codex Rehdigeranus*, 1913	» 1.000 ($ 2)
III	Card. A. GASQUET: *Codex Vercellensis*, 1914, (2 voll.)	» 1.000 ($ 2)
IV	D. P. CAPELLE: *Le texte du Psautier latin en Afrique*, 1913	L. 1.000 ($ 2)
V	D. D. DE BRUYNE: *Les fragments de Freising*, 1921	» 500 ($ 1)
VI	D. H. QUENTIN: *Mémoire sur l'établissement du texte de la Vulgate*. Ière partie: Octateuque, 1922 (exhaustum).	
VII	D. P. SALMON: *Le lectionnaire de Luxeuil*. Ière partie, 1944.	» 2.000 ($ 4)
VIII	D. R. WEBER: *Les anciennes versions latines du deuxième livre des Paralipomènes*, 1945	» 1.000 ($ 2)
IX	D. P. SALMON: *Le lectionnaire de Luxeuil*. II *Etude paléographique et liturgique avec planches*, 1953 .	» 1.750 ($ 3,50)
X	D. R. WEBER: *Le Psautier Romain et les anciens psautiers latins*. Edition critique, 1953.	» 3.000 ($ 6)
XI	D. H. DE SAINTE-MARIE: *S. Hieronymi Psalterium iuxta Hebraeos*. Edition critique, 1954	» 2.500 ($ 5)